ritualis: stella intellectualis: stella rōnalis: ⁊ stella
supsubstantialis. ¶ Primā. s. mālem viderunt in
oriente. ¶ Scđam. s. spūalē q̄ ē fides viderunt i
corde. Nisi. n. hec stella. s. fides ꝑus i eorū corde ir
radiasset neq̄q̄₃ ad visionē ꝑme stelle venissēt. ha-
buerūt. n. fidē đ ei⁹ humanitate: cū dixerūt. Ubi ē
q nat⁹ ē. Et de eius regali dignitate: cū dixerunt.
rex iudeorum: et de eius deitate cum dixerunt.
venim⁹ adorare eū. Tertiā. s. itellectualē q̄ ē ange
lus viderūt in sōno qn̄ ꝑ angelū sunt admoniti ne
redirent ad herodē. S₃ fm quādā glosā: nō ange
lus sed ipse dn̄s eos admonuit. Quartā. s. rōnalez
q̄ fuit beata virgo viderūt i diuersorio. Quintā. s.
supsubstantialē q̄ fuit Xps viderūt i ꝓsepio. Et de
hac duplici dr. Intrātes domū iuenerūt puerū ⁊c.
Quel₃ āt istarū dr stella. de ꝑma. psal. Lunā ⁊ stel
las q̄ tu fundasti. De scđa eccl'iastici. 43° Species
celi. i. celest꞉ hoīs gloria stellarū. i. virtutū. De. 3ª.
Baruch. 3°. Stelle aūt dederūt lumē i custodijs
suis. De 4ª. Aue mar꞉ stella. De 5ª. Apoca. vlt°.
Ego sū radix ⁊ gen⁹ dauid: stella splendida ⁊ ma-
tutina. Propter visionē ꝑme ⁊ scđe stelle magi ga
uisi sūt. Propter visionē tertie stelle gauisi sūt ga-
udio. Propt visionē q̄rte: gauisi st gaudio magno
Propter visionē q̄nte gauisi sunt gaudio magno.
valde. Uel sicut dicit glo. Ille gaudet gaudio q de
deo gaudet. Et addit magno: q: eo nihil ē maius.
⁊ valde q: de magno pōt alius plus ali⁹ min⁹ gau
dere. Uel ꝑ horū vborū exaggeratōez voluit ōn-
dere euāgelista ꝙ homīes plus gaudēt de rebus

ꝑditis: ⁊ iteruz iuentis q̄₃ de semꝑ possessis. Cūq₃
domunculā intrassent ⁊ puerū cū matre iuenissent
flexis genib⁹ singuli hec munera obtulerūt. s. au-
rū: thus: ⁊ myrraz. Hic exclamauit Augustinus
dicens. O stupenda infantia cui ⁊ astra subdunt.
Cuius ē ille magnitudinis ⁊ supne glorie: ad cui⁹
pānos ⁊ āgeli excubāt ⁊ sidera obsecūdāt: ⁊ reges
trepidāt: ⁊ sectatores sapientie geniculant O be-
atū tuguriū. O sedes dei scđa post celū: vbi nō lu-
cerna s₃ stella. O celeste palatiū: in quo habitat nō
Rex gēmatus: s₃ de⁹ incorporat⁹. Cui ꝓ mollib⁹
thoris dura ꝓsepia ꝓ laq̄arib⁹ aureis fumigata cul
minū tecta: s₃ sideris obsequo decorata Stupeo cū
video pānos ⁊ intueor celos. Estuo cū aspicio in
ꝓsepio mendicū ⁊ sup astra ꝓclaruz. Itē Bernar-
dus. Quid facitis o magi qđ facitis? Lactentē pu
erū adoratis i tugurio vili: in vilib⁹ pānis. Ergo
ne de⁹ ē iste? Quid facitis ꝙ auruz offertis. Ergo
rex est iste? Et vbi aula regia: vbi thronus: vbi cu
rie regalis freq̄ntia? Nūqd aula ē stabulū. thronus
ꝓsepiū: curie freq̄ntia Ioseph: ⁊ maria? Isti isipiē-
tes facti sūt. vt fierent sapiētes. De hoc ēt sic dicit
Hilarius in libro scđo de trinitate. Parit virgo s₃
part⁹ a deo ē. Infans vagit: laudātes angeli audi-
unt: pāni sordēt: ds adorat. Itaq₃ ꝑtātis dignitas
nō amittit dū carnis humilitas ꝑdicat. Ecce qn̄
i xp̄o puero: nō tantū fuerūt humilia: ⁊ infirma: s₃
etia₃ diuina sublimia ⁊ excelsa: de hoc etiam dicit
Hieronimus sup epistolā ad hebreos. Respic꞉ cu
nas xp̄i: vide parit ⁊ celū. vagiētē i ꝓsepio intue-
ris ifātē: sed angelos ausculta laudātes. Hero-
des ꝑseq̄t: s₃ adorant magi: ignorant pharisei: sed
stella demōstrat. Baptizat a suo: s₃ vox dei desup
tonantis audit: aquis imergit sed columba descē-
dit: imo spūs in colūba. Quare aūt magi huiusmo
di munera obtulerunt multiplex est ratio. Prima
qn̄ traditio antiquoruz fuit: vt dicit Remigius:
vt nullus ad deū vel ad regē vacu⁹ itroiret. Per-
se āt ⁊ caldei talia munera ꝯsueuerāt offerre. Isti
. n. vt dicit in historia scholastica: venerūt a finib⁹
ꝑsarum ⁊ chaldeorū: vbi ē fluuius sabba: a quo et
sabbea dicit regio. Scđa q̄ est Bernar. qn̄ beate
virgini auruz obtulerūt ꝓpter iopie subleuatōez.
thus ꝓpter stabuli fetorē: mirrā ꝓpter pueri mē-
brorū cōsolatōez ⁊ malorū vmiū expulsionē. Ter-
tia qn̄ aurū ad tributū: thus ad sacrificium: mirra
ad sepulturā ꝑtinet mortuorū. Per hec tria ergo
itimat regia potestas: diuina maiestas: ⁊ humana
mortalitas. Quarta qn̄ aurū significat dilectionē:
thus orōnez: mirra carnis mortificationez. Et hec
tria xp̄o debem⁹ offerre. Quinta qn̄ ꝑ hec tria si-
gnificant tria q̄ erāt i xp̄o. s. diuinitas ꝓciosissima:
aīa deuotissima. ⁊ caro integra ⁊ incorrupta. Hec
tria significabant ꝑ illa q̄ erant in archa. Nā vga
q̄ floruit caro ē Christi q̄ resurrexit. psalmista. Et
refloruit caro mea ⁊c. Tabule vbi erāt scripta ꝓcep
cepta ē aīa i qua sūt oēs thesauri scientie ⁊ sapiētie
dei abscōditi. Manna: deitas q̄ h₃ oēz saporez et
oēz suauitatē. Per aurū ergo qđ ē ꝓciosi⁹ oib⁹ me
tallis itelligit diuinitas ꝓciosissima. Per thus aūt

anima deuotissima: qꝛ thus significat deuotionē ⁊ oꝛonē. psal. Dirigat oꝛo mea ⁊c. Per mirrā q̄ cōseruat a corruptiōe: caro icorrupta. Admoniti aūt magi i sōnis ne redirēt ad herodē ꝑ aliā viā reuersi sūt i regionē suā. Ecce quō magi ꝓfecerūt. Naꝫ stella duce venerūt. ꝑ hoies imo ꝑ ꝓphetā edocti sūt: āgelo duce redierūt. Horū corꝑa mediolāi i ecclesia q̄ nūc ē frm̄ ꝑdicatorū q̄escebāt: sꝫ nūc coloīe requiescūt.

ℭ De scō Paulo p̄mo heremita.

Paulus primꝰ heremita vt testatur Hieronymꝰ qui eiꝰ vitam cōscripsit: feruēte Decij ꝑsecutiōe heremū vastissimā adijt: ibiqꝫ i quadā speluca. 60. ānis hoibꝰ icognitꝰ ꝑmāsit. Iste āt deciꝰ dicitur fuisse galienꝰ: qꝛ fuit binomiꝰ: q cepit āno dn̄i 256. Vidēs eni scūs Paulus xp̄ianis tot tormētorū gn̄a irrogari i heremū aufugit. Eo sigdē tēpore duo iuuenes christiani cōprehenduntꝰ: quorum vnꝰ toto corpore melle pungiꝰ: et sub ardore solis aculeis muscarū: ⁊ scabronū: ⁊ vesparū lacerādus exponiꝰ. Alter vo mollissimo lecto iponiꝰ: ⁊ i loco amenissimo collocaꝰ: vbi aerꝭ tēperies: riuulorꝫ sonitꝰ: auiū cātus: ⁊ florū olfatꝰ. Funibꝰ tn̄ floreis coloribꝰ obtectꝭ sic iuuenis cigiꝰ: vt manibꝰ vl' pedibꝰ se iuuare nō posset. Adest q̄dā iuuēcula corpe pulcherrima ⁊ ipudica: ac ipudice tractat iuuenē dei amore repletū. cū aūt ille i carne motꝰ cōtrarios rōni sensisset nō habēs arma q̄bus ab hoste se eruat: liguā ꝓpriā dētibꝰ suis icidit ⁊ i faciē ipudice expuit: ⁊ sic tētationē doloꝛ fugauit: ⁊ tropheūꝫ laude dignū ꝓmeruit. Horū et aliorū penis territus sāctꝰ paulus heremū petijt. ℭ Eo tēpore cuꝫ Antoniꝰ primū se inter monachos heremicolā cogitaret: in sōnis aliū se multo meliorē heremū icolere edoceꝰ. Qui dū eū per siluas inq̄reret: obuiū habuit hypocentaurū hoiēꝫ equo mixtū q eī viaꝫ dextrā demōstrauit. Postmodū obuiū habuit animal ferēs fructꝰ palmarū supra imagine hois insignitū: deorsū vero capre formā habēs. Qui dū ipꝫ per deū cōiuraret vt sibi diceret q̄s esset: Respōdit se esse satyrū deū siluarū ꝑꝫ errorē gētiliū. Postremo obuiauit ei lupꝰ: qui eū ad cellā sancti pauli perduxit. Paulus aūt Antoniū presentiēs ostiū sera clausit. Antoniꝰ vero rogat vt sibi aperiat: asserēs se nunq̄ꝫ inde recessurū: sꝫ potius moriturū. Victus paulus ei aperuit: statiqꝫ ambo in amplexus ruūt. Cūqꝫ hora prādij adeēt coruꝰ duplicatā panis partē attulit. cūqꝫ de hoc Antoniꝰ mirareꝰ respōdit paulus ꝙ deꝰ sibi oī die taliter mīstrabat et ānonā ꝓpter hospitē duplicauerat. Pia lis oritur quis magis dignꝰ esset panē diuidere. Defert paulus hospiti: et antonius seniori. Tādeꝫ vterqꝫ manū apponūt: ⁊ in equas partes panē diuidunt. Cū autē antoniꝰ rediēs iam celle sue appropinq̄ret: vidit angelos pauli animā deferētes. Qui velociter rediens īuenit corpꝰ pauli flexis genibus in modū orantꝭ erectū: ita vt ipsuꝫ viuere estimaret. Sꝫ cū ipsum mortuū didicisset ait. O sācta anima que gerebas in vita morte mōstrasti. cū aūt nō haberet vnde sepulturā faceret: ecce duo leones aduenerūt et foueā parauerūt: sepultoqꝫ eo ad siluā redierūt. Antoniꝰ autē tunicā pauli ex palmis cōtextā assūpsit: qua postmoduꝫ solēnitatibꝰ vtebaꝰ. Obijt aūt circa ānū. 286.

ℭ De nomie.

Remigius dicitꝰ a remi qđ est pascēs: ⁊ geos qđ est terra: quasi pascēs terrenos doctrina. Vel remigiꝰ dicitꝰ a remi qđ est pastoꝛ: ⁊ geon qđ est luctatio: quasi pastoꝛ ⁊ luctatoꝛ. Pauit eniꝫ gregē suū verbo ꝑdicatiōis: exēplo cōuersationis: suffragio oꝛonis. Est etiā triplex genꝰ armorū. s. defēsiōis vt scutū: purgatiōis vt gladiꝰ: munitiōis vt loꝛica siue galea. Luctatꝰ ē igꝛ ꝯ diabolū scuto fidei: gladio vbi: et galea spei. Eiꝰ vitā Ignatꝰ remēsis archieps̄ scripsit.

ℭ De scō Remigio.

Remigius doctoꝛ egregiꝰ ⁊ cōfessoꝛ domini gloriosus: a quodā heremita nasci taliter ē preuisus. Cū eni vādalorū ꝑsecutio totā franciā deuastasset: quidā reclusus vir sāctus qui lumē oclorū amiserat ꝓ pace ecclesie gallicane crebris oꝛonibꝰ dominū exorabat: ⁊ ecce angelus dn̄i in visu ei astitit: eiqꝫ dixit. Scito ꝙ mulier illa noie Cilina: filiū noie Remigiū gn̄abit: q gentē suā a malorū incursibꝰ liberabit. Cūqꝫ euigilasset stati ad domū Ciline venit: ⁊ quod viderat enarrauit. Cūqꝫ illa nō crederet: eo ꝙ anus iā eēt ille rn̄dit. Scias ꝙ cū puerū ablactauerꝭ oclos meos de lacte tuo punget: ⁊ ꝯtinuo mihi visū restituet. Cūqꝫ ꝑ ordinē hec oīa cōtigissent: Remigiꝰ mūdū fugit: ⁊ reclusoriū itrauit. Crescēte aūt eius fama cū esset viginti duorū annorū: ab oī populo remensis archieps̄ ē electꝰ. Tāte aūt māsuetudinis fuit: ꝙ etiā ad mensā eius passeres veniebāt: ⁊ de manu eiꝰ reliquias ciborū comedebāt. ℭ Quodā tēpore cū in domo cuiusdā matrone hospitatꝰ fuisset ⁊ illa modicū vini haberet: Remigiꝰ celariū intrauit ⁊ suꝑ doliū crucē fecit. Cūqꝫ ibidē orasset: mox desuper vinū egrediꝰ: ita ꝙ per mediū celariū effūdebaꝰ. ℭ Cū aūt Clodūcus rex frācie gētilis eēt: nec ab vxore sua christianissima conuerti posset: vidēs ꝙ infinitꝰ exercitꝰ alamanorū suꝑ se vēisset: dn̄o deo quē vxoꝛ sua colebat votū vouit: ꝙ si de alamanis sibi victoriā cōcederet: mox fidē xp̄i reciꝑet: quod cū fecisset: ad libitū ꝯsecutꝰ btm̄ remigiū adijt: ⁊ se baptizari poposcit. Cūqꝫ ad fōteꝫ baptismatꝭ aduenisset: nec ibidē sacrū chrisma haberet: ecce colūba quedā ampullā cū chrismate in rostro detulit: de quo regē pōtifex liniuit. Hec aūt ampulla i remēsi ecclesia cōseruaꝰ: ⁊ inde vsqꝫ hodie reges frācie inunguntꝰ. ℭ Post lōgū tēpus cū Genebaldus vir ꝓuidus neptē bti remigij in vxorē haberet: ⁊ se religiōis cā mutuo absoluisset predictū Genebaldū btūs remigiꝰ laudunēsē episcopū ordinauit. At Genebaldus cū vxorē suā instruēdi causa ad se sepiꝰ venire ꝑmitteret ex freq̄nti colloquio animꝰ eius i cōcupiscētiā inflāmatur: ⁊ vsqꝫ in peccatū secū ꝓlabiꝰ. Que cōcipiēs et filium pariēs hoc episcopo itimauit. Et ille cōfusus ad eā remisit dicēs. Quoniā puer de latrocinio acquisitꝰ est: volo vt latro voceꝰ. Ne auteꝫ suspitio

aliq̄ oꝛiret vxoꝛē suā sicut pus ad se venire pmisit. Uerūtamē post ꝑmi peccati fletū secū ruit iterum in peccatū: que cū filiā peperisset et hoc epō rettulisset: ille respōdit. Illā filiā vulpeculā noiate. Tādē ad se reuersus Remigiū adijt: ⁊ ad pedes suos ꝓcidēs stolā de collo suo deponere voluit: qđ cuꝫ sanctꝰ remigiꝰ pꝛohibuisset ⁊ ab eo qd acciderit audiuisset: blāde cū ↄsolās ipsū in quadā cellula parua per septē ānos reclusit: ⁊ ipse interī eiꝰ ecclesiā gubernauit. Septio igit āno: cū in cena dn̄i in oꝛōne ꝑsisteret: angelus dn̄i eidē astitit et peccatū suū sibi dimissū ꝓhibuit: ac vt foris exire debeat imperauit. Cui cū respōdisset nō possum: qm̄ dn̄s meus remigiꝰ ostiū hoc clausit ⁊ sigillo suo muniuit. Angelus ait. Ecce vt scias celū tibi apertuꝫ esse. hoc etiā ostiū saluo sigillo nunc aperiet. Statiqꝫ vt dixerat est apertū. Tūc genebaldus iactās se ī medio ostij in modū crucis ait. Etiā si dn̄s meꝰ iesus xp̄s ad me veniret huc: hinc nō egrediar nisi dn̄s meꝰ remigius huc veniat qui me reclusit. Tūc sāctus remigiꝰ ad admonitionē angeli laudunū venit ⁊ ipsū ī locū suū restituit: qui vsqꝫ ad obitū ī sāctis operibꝰ perseuerauit. et latro filiꝰ eius in epatu eidē successit: qui etiā sāctꝰ fuit. Tādem sāctꝰ remigius multis clarus virtutibꝰ in pace quieuit circa annū dn̄i qugētesimū. ℭ De noīe.

h **Ilarius** dictus est quasi hilaris: qꝛ in seruitute dei valde hilaris fuit. vel hilariꝰ q̄si alariꝰ: ab altꝰ ⁊ ares v̄tus: qꝛ fuit altꝰ in sciētia: ⁊ virtuosus ī vita. vel hilariꝰ dicit quasi habile: qđ ē quasi ꝑmoꝛdialis materia: q̄ obscura fuit: ⁊ ipe ī dictꝭ suis magnā habet obscuritatē ⁊ pꝛofunditatē.

ℭ De sancto Hilario abbate.

h Ilariꝰ pictauoꝛū vrbis ep̄s regiōis equitanie oꝛiūdus q̄si lucifer refulgens inter astra ꝓcessit. Hic vxoꝛē ꝑmitꝰ hn̄s ⁊ filiā ī laicali habitu monasticā vitā ducebat. Tādē in vita ⁊ scia ꝓficiēs in epm̄ est elcūs. Cum igit btūs Hilariꝰ nō solū ciuitatē suā sꝫ etiā totaꝫ franciā ab hereticis defēsaret ad suggestionē duorū epoꝛū q heresi fuerāt depꝛauati ab iperatoꝛe q hereticoꝛū fautoꝛ erat: cū btō Eusebio vercellēsi epō est ī exiliuꝫ relegatꝰ. Deniqꝫ cū vbiqꝫ arriana heresis pulularet. ⁊ ab iperatoꝛe licentia data eēt: vt oēs epi ↄuenirēt ⁊ de v̄itate fidei disputarēt. Cū sanctus Hilariꝰ aduenisset: ad petitōeꝫ dcōꝝ epoꝛū qui eius eloquentiā ferre nō poterant: Pictauiam redire cōpellit. Cū aūt ad isulā galinariā que tota erat plena serpentibꝰ appꝛopiquasset: ⁊ ī ipsā descēdisset: oēs serpētes ex sui visiōe fugabat ⁊ in medio īsule palū fixit: nec amplius libertas data ē illꝰ occupare qđ vetuit tāq̄ꝫ pꝫ īsule nō sit fra sꝫ pelagꝰ. Cū ergo pictauis esset: quedā īfātē sine baptismo defunctū suis oꝛationibus ad vitā restituit. Nam tādiu iacuit ī puluere donec surgerent parit senex de oꝛōne ⁊ infans de morte. Cuꝫ filia eiꝰ Apia maritū vellet accipe. Hilariꝰ pr̄ eius ei predicauit ⁊ in sacre virginitatis ꝓposito ↄfirmauit. quā dū ille firmam considerans: ⁊ ne aliquādo flecteretur foꝛmidās dominū instātius exoꝛauit vt eā ad se reciperet: nec vltra viuere pmitteret: qđ ⁊ factū est. Nā post paucos dies ad dn̄ꝫ migrauit: quā ipse ꝓpꝛijs manibus sepeliuit. Qđ mr̄ beate Apie ↄsiderans epm̄ rogauit vt sibi quod ⁊ fillie īpetraret: qđ ⁊ fec: ⁊ ipsā oꝛōne sua ad regnū ꝑmisit. ℭ Eo tpe Leo papa hereticoꝛū ꝑfidia depꝛauatꝰ oīuꝫ epoꝛū ↄciliū ↄuocauit: qbꝰ cōuocatꝭ Hilariꝰ nō vocatꝰ aduenit: qđ audiēs papa p̄cepit ne aliqs sibi assurgeret: nec aliquē locū daret. Cū gͦ igressus fuisset dixit ad eū papa. Tu es hilariꝰ gallus: ⁊ ille. Nō sū gallus. sꝫ de gallia. i. nō sū ī gallia natꝰ: sꝫ đ gallia ep̄s. cui papa. Et si tu es hilarius de gallia: ego sū Leo romane sedis aplicꝰ ⁊ iudex. cui hilariꝰ. Et si sis Leo nō de tribu iuda: ⁊ si iudicas residens. sꝫ nō in sede maiestatꝭ. Tūc papa cū īdignatōe surrexit dicēs. Modicū pꝛestolare donec redeā: ⁊ tibi qd mereris reddam. cui hilarius. Si nō redieris qs mihi ꝓ te respōsurꝰ erit: ⁊ ille. cōcitꝰ redibo: ⁊ tuā supbiā humiliabo. Cū ergo papa ad secreta sue nature iuisset dissenteria perijt ⁊ oīa ītestina ibidē ꝓijciēs miserabilr̄ vitā finiuit. Interea vidēs Hilarius ꝙ nullus sibi assurgeret paciēter ferēs ī terrā se posuit dicēs. Dn̄i est terra Statimqꝫ nutu dei terra quā īsederat sursū se extulit: ⁊ vsqꝫ ad equalitatē alioꝛū epoꝛū se leuauit. Cū igit papa mirabiliter nūciaret defūctus: assurgēs Hilarius oēs epos ī fide catholica cōfirmauit ⁊ cōfirmatos ad ꝓpꝛia remisit. Hoc aūt miraculū de morte Leonis pape dubitationē hꝫ: tū qꝛ historia ecclīastica vel tripartita nihil de hoc loqt: tuꝫ qꝛ aliqueꝫ papā talis nois tūc fuisse cronica nō testat: tū qꝛ hieronymꝰ dicit. Scā romana ecclīa sp̄ īmacualta pmāsit: ⁊ ī futuro manebit sine vlla hereticoꝛū īsultatōe. Posset tn̄ dici ꝙ tūc fuisset aliqs papa sic vocatꝰ: n̄ qdē canonice electꝰ: sꝫ tyrānice ītrusus vl forte Liberiꝰ papa q Cōstātio heretico fauebat alio noie dictꝰ ē leo. Tādē mltis miraclis ꝑpetratꝭ cū btūs Hilariꝰ īfirmatꝰ obitū suū īminere cognosceret. Lcōtiū pr̄ sbꝫ quē maxie diligebat ad se vocauit: ⁊ nocte iminēte vt foras exeat admonuit: ⁊ si qd audissꝫ vt renūciet īpauit. Ille iussa cōplēs voces adhuc citatꝭ tumltuātꝭ se audisse reuertēs exposuit: ⁊ cū circa eū vigilaret finē eiꝰ expectās media nocte iterū iubet exire: ⁊ qd audiret iacēti referret. Qui cuꝫ se nihil audisse renunciasset: mox nimia claritas quā etiam p̄dictus pꝛesbyter sufferre nō poterat ad euꝫ intrauit. ⁊ sic paulatim recedēte lumine ad dn̄m migrauit. Floruit autem circa ānū dn̄i. 340. sub Cōstātino. ℭ De noie.

m **Acharius** dicit a macha qđ est igeniū. ⁊ aures v̄tus Uel dr̄ a macha qđ ē pcussio: ⁊ rio magr̄ Fuit eni igeniosus ↄtra demonis fallaciā: v̄tuosus quātū ad vitā: pcussio ī domatiōe coꝛpoꝛꝭ. magr̄ ī regimie ꝑlatiōis. vl' machariꝰ. i. btūs.

ℭ De sancto Machario abbate.

m Acharius abbas descēdit de sciti: et intrauit dormire in monumēto vbi sepulta erāt corpoꝛa paganoꝝ: ⁊ extraxit vnū

18

corpꝰ sub caput suũ tanq̃ȝ plumatiũ puluinar. De
mones aũt volẽtes eũ terrere vocabãt q̃si vnã mu-
lierẽ: dicẽtes. Surge: veni nobiscũ ad balneũ. Et
alter demõ sub ipso tanq̃ȝ ex mortuo illo dicebat.
Peregrinũ quẽdã habeo sup me: ⁊ nõ possũ veni
re. Ille aũt nõ expauit: sȝ tõdebat corpꝰ illud dicẽs
Surge ⁊ vade si potes. Et audiẽtes demones fu
gerũt: voce magna clamãtes: vicisti nos domine.
¶ Dũ aliqñ abbas macharius a palude ad cellã su
am pteriret: occurrit ei diabolus cũ falce messoria
⁊ volẽs eũ cum falce pcutere nõ potuit: ⁊ dixit ei.
Multã violẽtiã patior a te Machario: q: nõ pos
sũ pualere aduersũ te. Ecce eni qcquid tu facis et
ego facio: ieiunas tu: ⁊ ego penitꝰ nõ comedo: vigi
las tu: ⁊ ego oĩno nõ dormio. Unũ ẽ solũ ĩ quo me
supas. ⁊ dixit abbas. Quid ẽ illud? Cui ille. Humili
tas tua p quã nõ pualeo aduersũ te. ¶ Dũ tẽtati
ones ipsũ nimiũ molestarẽt surgẽs ⁊ magnũ saccũ
harene humeris suis supipones: diebꝰ multis sic p
desertũ ibat: quẽ Theosebiꝰ inueniẽs dixit. Abba
cur tãtũ onus portas? et ille. Uexo vexãtem me.
¶ Abbas machariꝰ vidit sathanã trãseũtẽ ĩ hitu
hoĩs: ⁊ habẽtẽ vestimẽtũ lineũ laceratũ: ⁊ p oĩa fo
ramina depẽdebãt ãpule. ⁊ dixit ei. Quo vadis? et
ille. Uado potionare fratres. cui machariꝰ. Qua-
re tot ãpullas portas? rñdit. Gustũ fratribꝰ porto:
⁊ si vnũ alicui nõ placebit: offerã aliud: vl' tertiũ: ⁊
sic p ordinẽ vt aliqd placeat. ⁊ cum rediret dixit ei
machariꝰ. Quid fecisti? rñdit. Oẽs sci sũt: et nemo
mihi acqeuit nisi vnꝰ qui vocat Theocistus. Sur
gẽs ãt machariꝰ illuc iuit: ⁊ fratrẽ tẽtãtũ inueniens
sua cũ exhortatiõe ꝯuertit. ¶ Post hec iterũ euȝ
machariꝰ inueniẽs dixit. Quo vadis? cui ille. Ad
fratres vado. Reuertenti occurrit senex et dixit.
Quid faciũt fratres illi? cui diabolus. Male. ⁊ di
xit. Quare? q: oẽs sci sũt: ⁊ qd ẽ maius malũ vnuȝ
quẽ habebã amisi: ⁊ oĩbꝰ sãctior factꝰ est. Audiens
hoc senex egit grãs deo. ¶ Quadã die sanctꝰ ma
chariꝰ caput defũcti reppit: et dũ orasset iterroga-
uit illud cuiꝰ caput fuerit. ⁊ rñdit se fuisse paganũ:
et dixit ei machariꝰ. Ubi ẽ aĩa tua? rñdit ĩ iferno.
Cũq̃ȝ reqreret si multũ ĩ pfũdo eẽt. rñdit ꝙ tãtũ ĩ
pfũdo erat: quãtũ distaret terra a celo. cui macha
rius. Sũt ne aliq te pfũdiores? rñdit. Etiã iudei.
cui iterũ ille. Et vltra iudeos sũt ne aliq pfũdio-
res? cui ille. Profũdiores oĩbꝰ sũt falsi xpiani: qui
xpi sãgnie redẽpti tãtũ pciũ parnipẽdũt. ¶ Dum
per quãdã solitudinẽ pfundissimã pgeret macha
rius: ad quodlibȝ miliare arũdinẽ figebat: vt post
modũ redire sciret. Sȝ dũ iã nouẽ dietas fecisset:
⁊ ĩ quodã loco qesceret diabolus oẽs arũdines col
legit: ⁊ ad caput eiꝰ posuit. vnde ad redeũdũ plu-
rimũ laborauit. Frater quidã plurimũ cogitatiõi-
bus suis molestabat: ꝙ scilȝ in cella sua inutilit es
set. Sȝ si iter hoĩes hitaret mlťs pdesse possȝ. Qui
cũ cogitationes suas machario retulisset: ille ait.
Fili sic illis respõde. Hoc saltẽ facio: q: pp̃ter xpȝ
parietes istiꝰ celle custodio. ¶ Dũ quẽdã culicẽ se
pũgẽtẽ manu occidisset: ⁊ multum de illo sãguinis
emanasset: reprehẽdẽs se ꝙ ppriã vidicasset iniu
riã: nudus sex mẽsibꝰ in deserto mãsit: ⁊ inde a sca
bronibꝰ totꝰ laceratꝰ exiuit. Post hoc multis clarus
virtutibꝰ in pace qeuit.

¶ De scõ Felice.

Felix prenomine in pincis dicit: vel
a loco ĩ quo reqescit: vel a subulis cuȝ q-
bus passus phibet. nã pica subula dicit.
¶ Aiũt eni ꝙ cũ magister puerorũ extiterit: ⁊ eis
nimiũ rigidus fuerit: tẽtus a paganis cũ christũ li
bere ꝯfiteret: traditꝰ fuerit ĩ maĩbꝰ puerorũ: quos
ipse docuerat: q cũ ĩ stilis ⁊ subulis occiderũt. Ec
clesia tamẽ magis tenere videt ꝙ nõ martyr exti
tit sȝ cõfessor. Hic ad quodcũq̃ȝ idolum ducebatur
vt ei sacrificaret: in illud exufflabat ⁊ ꝯtinuo cor-
ruebat. ¶ Legit aũt ĩ quadã legẽda ꝙ dũ Maxi
mus nolanꝰ eps persecutionẽ fugiẽs fame et gelu
afflictꝰ solo corruisset: Felix ab ãgelo ad eũ mittit:
⁊ cũ nihil ibi cibi haberet de sente pxima pẽdẽtẽ
vidit racemũ de quo ĩ os eiꝰ expressit vinũ hume
risq̃ȝ ĩpositũ secũ detulit. Ipso igit defũcto felix in
episcopũ eligit. Qui dũ pdicaret ⁊ psecutor eũ q̃re
ret iter parietes dirutos p modicũ aditũ se occul-
tauit. Statĩq̃ȝ nutu dei p aditũ illuȝ telas aranee
texuerũt. Quas dũ psecutores conspiciũt nemĩnẽ
illic esse putãtes abscedũt. Inde autẽ ad aliũ locũ
sanctꝰ Felix pergẽs a quadã vidua p tres menses
alimẽta suscepit: nunq̃ȝ tamẽ eiꝰ faciẽ vidit. Tãdẽ
pace reddita: ad ecclesiã suã rediit: ⁊ ibi ĩ pace re
quieuit. Sepultꝰ autẽ iuxta vrbẽ ĩ loco q dicit pin
cis. ¶ Huic ⁊ alius erat frater q Felix similit di-
cebat. Cũq̃ȝ etiã ipse idola adorare cogeret dixit:
inimici estis deorũ vestrorũ: q: si me ad illos duxe
ritis ĩ eos sicut frater meꝰ exufflabo ⁊ corruẽt. Ex-
colebat aũt scũs felix hortũ. Quidã vo olera eius
rapere cupiẽtes: dũ furtũ se facere cogitabãt tota
nocte hortũ diligẽtiꝰ excolebãt: mane aũt a scõ fe-
lice salutati peccatũ suũ cõfitẽtes ad ppria redie
rũt. Ueniẽtes ãt gẽtiles vt sãctũ felicẽ tenerẽt: ma
nus eorũ dolor nimiꝰ apphẽdit. Qui cũ vllularent
dixit eis. Dicite: xps est deꝰ: ⁊ dolor cõtinuo vos
dimittet. Quibꝰ dicẽtibus sanati sunt. ¶ Põtifex
idolorũ ad eũ venit dicẽs. Dñe ecce deꝰ meꝰ vt te
venientẽ vidit: ꝯtinuo fugã arripuit. Cui cũ dice
rẽ q̃re fugis? ait. vtutẽ huiꝰ felicis ferre nõ possuȝ;
Si ergo deꝰ meꝰ ita te timet: q̃ȝto magis ego te ti-
mere debeo? Quẽ cũ felix in fide ĩstruxisset bapti-
zari se fecit. Adorãtibus autẽ apollinẽ dixit felix.
Si vere deꝰ est apollo dicat mihi qd est qd in ma
nu nũc clausũ teneo? Habebat autẽ in manu cedu
lã ĩ qua oratio dñica erat scripta: quo nihil respon
dẽte gẽtiles cõuersi sunt. Tãdẽ missa celebrata: et
populo data pace in pauimẽto ĩ oratiõe se proijci
ens migrauit ad dominũ.

¶ De noĩe sancti Marcelli.

Marcellus dictus ẽ q̃si arcẽs ma-
lũ a se. vel dicit mar-
cellus quasi maria percellẽs. i. mũdanas
aduersitates pcutiẽs et cõculcãs. Assimulat enim
mũdus mari: q: sicut dic Chryso. sup Matth. In
mari est sonꝰ cõfusus: timor cõtinuꝰ: imago mortis:

vndarũ cõtentio infatigabilis: inconstãtia iugis.

¶ De sancto Marcello.

Marcellus cũ rome sũmus pontifex eẽt: ⁊ maximianũ imperatorẽ de nimia ĩ xp̄ianos seuicia icreparet: et in quadã domo cuiusdã matrone ĩ ecclesiã ꝯsecrata missã ageret: irat⁹ ĩperator domũ istã fecit stabulũ iumẽtorũ: et eũdẽ marcellũ ibidẽ ad seruitiũ cũ custodia aĩaliũ deputauit. In quo seruitio post mltos ãnos in domino requieuit: circa annũ dñi. 287.

¶ De nomie sãcti Anthonij.

Antonius dicit̃ ab ana qd̃ est sursũ: ⁊ tenens: q̃si superna tenẽs: ⁊ mũdana despiciẽs. Despicit aũt mũdũ: q: ĩmũdus: ingetus: trãsitori⁹: deceptorius: amar⁹. de his dicit Bernar. O mũde imũde qd ꝑstrepis: quid auertere nos conarꝭ: tenere nos vis fugiẽs. qd faceres si maneres: quẽ nõ deciperes dulcis: qui amar⁹ dulcia alimẽta mẽtirꝭ: Eius vitã athanasius scripsit.

¶ De scõ Antonio.

Antonius cũ eẽt vigiti annorũ: ⁊ audiret legi ĩ ecclesia. si vis ꝑfect⁹ esse: vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes: et da pauperib⁹. oĩa sua vẽdẽs paupib⁹ erogauit: ⁊ heremiticã vitã duxit. Hic ĩnumerabilia tẽtamẽta demonũ sustinuit. ¶ Quadã vice dũ spiritũ fornicatiõis virtute fidei superasset: diabolus ĩ specie pueri nigri ante eũ prostrat⁹ apparuit: ⁊ se ab eo victũ ꝯfessus est. Nã ⁊ hoc p̄cib⁹ ĩpetrauit: vt videret fornicationis demonẽ iuuenib⁹ insidiãtẽ: quẽ cuꝫ in p̄dicta forma vidisset dixit. Vilissima mihi apparuisti specie. te vltra nõ timebo. ¶ Alia vice dũ in quodaꝫ tumlo latitaret mltitudo demonũ eũ adeo lacerauit: q̄ minister ei⁹ quasi mortuũ eũ ꝓprijs humerꝭ asportauit. Cũq꞉ eũ oẽs qui cõuenerãt quasi mortuũ plorassent: dolẽtib⁹ cunctis subito antoni⁹ reuiuiscit: et a ministro ad p̄dictũ tumulũ se iterũ portari fecit. Qui cũ ibi ex dolore vulnerũ ꝓstrat⁹ iaceret ex v̄tute animi ad conflictũ demones excitabat. Tũc illi in formis varijs ferarũ apparuerũt: ⁊ eũ iterũ dẽtib⁹ cornib⁹ et vnguib⁹: crudelissime lacerauerũt. Tũc subito splẽdor mirabilis ibi apparuit: ⁊ demones cũctos fugauit. Antoni⁹ aũt contiñuo sanat⁹ est: ibiq꞉ christũ adesse ĩtelligẽs ait. Ubi eras bone iesu: vbi eras: Quare a p̄ncipio ñ affuisti: vt me adiuuares: et vulnera mea sanares: cui dñs. Antoni hic erã: sed expectabã videre certamen tuũ. Nũc autẽ q: viriliter dimicasti: in toto orbe te faciã nomĩari. Tãti autẽ feruoris erat: q̄ cuꝫ Maximian⁹ iperator xp̄ianos occideret: ipse martyres sequebat̃: vt cũ eis martyr fieri mereret̃: et vehemẽter tristabat̃: eo q̄ sibi martyriũ nõ daretur. ¶ Cũ aũt in alterũ heremũ ꝑgeret argẽteuꝫ discũ repperit: ⁊ ĩtra se sic dicere cepit. Unde hic argẽte⁹ disc⁹: vbi hominũ vestigia: nulla videtur. Si eñi viatori cecidisset vtiq꞉ pre sui magnitudĩe latere nõ posset. Hoc diabole artificiũ tuũ est: volũtatẽ tamen meã nunq̃꞉ poteris ĩmutare. Et hoc dicẽs discus vt fum⁹ euanuit. Postmodũ ingentẽ massã veri auri repperit: sed vt icẽdiũ aurũ fugit. Sicq꞉ ad mõtẽ fugiẽs. 20. ãnis ibi ꝑmãsit: innumeris coruscans miraculis. ¶ Quadã vice dũ in spiritu raptus esset. totũ mũdũ laqueis sese inuicẽ cõnectẽtib⁹ plenũ vidit: qui exclamãs ait. O qs istos euadet: et audiuit. Humilitas. ¶ Aliquãdo dum ab angelis in aere eleuaret̃: affũt demones et ei⁹ transitũ prohibẽt: peccata ei⁹ ab exordio natiuitatꝭ eius obijciẽtes. quib⁹ angeli. nõ debetꝭ illa narrare q̃ christiana pietate sũt deleta. Si qua aũt scitꝭ ex quo fact⁹ est monach⁹ illa ꝓferte. Et cũ ĩ ꝓbatione deficerẽt: liber Antoni⁹ in sublime tollit̃: et liber deponit̃. ¶ Narrat antoni⁹ de se dicẽs. Uidi aliquãdo diabolũ celsũ corpore: q se dei virtutẽ et sapiẽtiã ausus ẽ dicere. et ait. Quid vis vt a me tibi detur Antoni: At ego sputa ĩ os ei⁹ cõgeminãs totũ me in eũ christi nomĩe armat⁹ ingessi: ⁊ statim euanuit. ¶ Huic diabolus aliqñ in tãta ꝓceritate apparuit: q̄ celũ capite tãgere videret̃: quẽ cuꝫ antoni⁹ quis esset iterrogasset: ⁊ ipse se sathanã ee dixisset: addidit sathanas. Cur me sic ĩpugnãt monachi: ⁊ maledicũt christiani: cui ãtoni⁹. Iuste hoc faciunt: q: tuis sepe ĩsidijs molestant̃. Et ille. ego nequaq̃꞉ molesto: sꝫ ipsi inuicẽ se cõturbãt. Ego. n. ad nihilũ redact⁹ sũ: q: iã in cũctꝭ ꝑtib⁹ regnat christus. ¶ Quidã sagittari⁹ btm̃ antoniũ gaudẽtẽ cũ fratrib⁹ qdã vice cõspexit ⁊ ei displicuit. cui antoni⁹. Pone sagittã ĩ arcũ et trahe: qd ⁊ fecit. Cũq꞉ scdo ⁊ tertio hoc fieri mãdasset: dixit sagittarius. Tãtuꝫ trahere potero: q̄ de ei⁹ fractione dolebo. cui antoni⁹. Sic ẽ in ope dei: qm̃ si sup̄ mẽsurã tẽdere vellem⁹ citi⁹ frãgeremur. Expedit ergo rigorẽ aliqñ relaxari. Hoc audiẽs ille edificat⁹ recessit. ¶ Interrogauit qdã antoniũ dicẽs. qd custodiẽs placebo deo: ⁊ respõdẽs dixit. Quocũq꞉ vadis: sp̄ deũ p̄ ocul' hẽas. In his q̃ agis testimoniũ sacrarũ scripturarũ adhibeas. ĩ quocũq꞉ loco sederꝭ nõ inde cito recedas. Hec tria custodi. et saluus eris. ¶ Abbas qdã iterrogauit Antoniũ dicẽs. Quid faciã: cui Antoni⁹. Nõ cõfidas ĩ tua iustitia: vẽtrꝭ et ligue sit tibi cõtinẽtia: ⁊ ne penitearꝭ de re trãsacta. ¶ Dixit antoni⁹. Et sicut pisces si ĩ sicco tardauerit moriunt̃: ita ⁊ monachi extra cellã tardãtes: aut cũ virꝭ secularib⁹ morãtes a qetis ꝓposito resoluũtur. Iterũ dixit ãtoni⁹. Qui sedet ĩ solitudine ⁊ qescit a trib⁹ bellis eripit̃. s. audit⁹: locutiõis: ⁊ visus: ⁊ cõtra vnũ tm̃mõ pugnã hẽbit. s. cordis. ¶ Quidã fr̃es cũ quodã sene ad abbatẽ ãtoniũ visitãdũ venerãt. Dixitq꞉ ãtoni⁹ frib⁹. Bonũ comitẽ hũistis senẽ hũc: deiñ dixit seni. Bonos fr̃es ĩuenisti tecũ abba: cui ille. Bonos qdẽ ĩueni: sꝫ habitatio eorũ nõ hꝫ ianuã. Quicũq꞉. n. vult ĩtrat in stabulũ: ⁊ soluit asinũ. hoc aũt dicebat qm̃ oĩa que erãt ĩ corde eorũ stati erãt ĩ ore. dixit abbas ãtoni⁹ Scire cõuenit qm̃ tres sũt mot⁹ corꝑales: vn⁹ qdẽ nature: ali⁹ ex ciborũ plenitudine: terti⁹ ex demone. ¶ Frat̃ qdã renũciauerat sclo: sꝫ nõ plene: qa q̃dã adhuc sibi retinebat. cui ãtoni⁹. Uade ⁊ eme carnes: q vadẽs emit carnes: ⁊ portãs eas dũ veniret lacerabãt eũ canes. cui ãtoni⁹. Qui renũciãt sclo: ⁊ volũt hẽe pecũias ita ĩpugnati a demonib⁹:

discerpūt. ¶ Antoni⁹ dū i heremo tedio affice-
ret dixit. Uolo dñe salu⁹ fieri ⁊ nō pmittūt me co-
gitatiōes mee. Et surgēs exiuit foras: ⁊ vidit quē-
dā sedētē atq; operātē: ⁊ deide surgentē ⁊ orantē.
Erat āt āgelus dñi. ⁊ dixit ei. Sic fac ⁊ salu⁹ eris.
¶ Cū qdā vice frēs d̄ statu aīarū ab antonio q̄sis-
sent seqnti nocte vox vocauit eū dicens. Surge: ⁊
exi ⁊ vide. Et ecce vidit quēdā lōgū ⁊ terribilē ca
put vsq; ad nubes tollentē: q quosdā pēnatos ad
celū volare cupiētes extēsis manib⁹ ꝓhibebat: et
alios libere puolātes retinere nō poterat ⁊ maxi
mū gaudiū mixtū cū nimio dolore audiebat. Et i
tellexit aīarū illū cē ꝯscēsū ⁊ diabolū ꝓhibētē: q q̄s-
dā obnoxias retieret: ⁊ d̄ scōrū volatu quos retie
re nō poterat sic doleret. ¶ Aliqn̄ dū cū frib⁹ opa
ret ātoni⁹: suspiciēs i celū cū tristē visionē vidisset
ꝓuolut⁹ añ deū rogauit vt futurū scel⁹ auerteret.
Frib⁹ v̄o sup hoc eū īterrogātib⁹ cū lachrymis et
singultib⁹ dixit: q̄ iauditū scel⁹ sclis immineret. Ui-
di inqt altare dei a mltitudine circūdātū equorū
q calcib⁹ oīa discerpebant. Magno eni turbine fi
des catholica subuertet: ⁊ hoīes iumētis sīles xp̄i
sacra diripiēt. Fcāq; ē vox dñi dicēs. Abomiabit
altare meū. Post duos āt ānos erūpētib⁹ arrianis
ecclesie vnitatē sciderūt: baptismū ⁊ ecclesias pol
luerūt: ⁊ sup altaria xp̄ianos ad instar ouiū macta
uerūt. ¶ Dux qdā egypti arrian⁹ noīe Ballachi
us: cū ita eccl'iā dei īfestaret vt v̄gies ⁊ mōachos
nudatos publice v̄beraret: sic ei scripsit ātoni⁹. Ui
deo irā dei sup te veniētē: iā desine pseq xp̄ianos
ne ira dī te occupet: q̄ ꝓximū tibi minat̄ interitum.
Infelix legit epistolā: irrisit: et eā execrās ad terrā
ꝓiecit: portatores v̄berib⁹ mult̄ afficiēs. Antonio
āt talia remādauit. Qm̄ tibi ē tāta cura de mona-
chis: ad te quoq; perueniet nr̄i disciplina rigoris.
Post qnq; āt dies equū suū māsuetissimū īsidens
morsu ipius eq ad irā ꝓiicit: corrosis atq; lacerat̄
crurib⁹ itra triduū expirauit. ¶ Cū qdā frēs v̄bū
salut̄ ab ātonio q̄siuisset ait ille. Audistis dñz dicē
tē. Siqnis te ꝑcusserit i vnā maxillā: p̄be ei alterā
dicūt ei. Hoc iplere nō possum⁹. Et ille. Saltē de
vna paticter ferte. ⁊ illi. Etiā nec hoc possumus.
qb⁹ ātoni⁹. Saltē ne velit̄ ꝑcutere mag̃ q̄ꝫ ꝑcuti.
⁊ illi. Nec hoc ēt possum⁹. Tūc antoni⁹ dixit disci
pulo suo. Succos p̄para frib⁹ istis: q: nimis delica
ti sūt. Sola orō necessaria ē vobis. hec i vit̄ patrū
legunt̄. Tādez btūs ātoni⁹ cētesimoqnto āno vite
sue frēs deosculās i pace qeuit sub Cōstātino: qui
cepit circa annū domini. 340.

¶ De nomie sancti Fabiani.

f Abianus dicit̄ q̄si fabrian⁹ fabri
cās btitudinē supnaꝫ.
idest caꝫ sibi acqrens triplici iure. s. iure
adoptiōis: emptionis: ⁊ debellationis.

¶ De sancto Fabiano.

f Abian⁹ ciuis roman⁹ fuit: ⁊ cū papa d̄fū
cto ꝓ alio eligēdo ppl's cōuēisset: int̄ eos
⁊ ipe venit: rei exitū ⁊ ipe scire volēs. Et
ecce colūba cādida descēdit sup caput ei⁹. Qd̄ cuꝫ
oēs mirarent̄: ab eis i papā eligit̄. Hic vt ait Da
mascen⁹ papa ꝑ oēs regiōes septē diacones misit:
et eisdē septem subdiacones tradidit: q. oīuꝫ gesta
martyrū collegerīt. Hic vt ait Aimo: īpatori Phi
lippo volēti iteresse pasche vigilijs ⁊ cōicare my-
sterijs restitit. nec quousq; pctā ꝯfiteret̄: ⁊ inter pe
nitētes staret iteresse pmisit. Passus ē āt circa an
nū dñi ducētesimū qnqgesimū tertiū. Tādē pōtifi
ficat⁹ sui āno tredecio iussu Decij capit̄ obtrūca-
tione martyrio coronat̄.

¶ De nomine sancti Sebastiani.

s Ebastianus dict⁹ est a sequēs
⁊ btitudo: ⁊ astin
qd̄ ē ciuitas: ⁊ ana qd̄ ē sursū: q̄si sequens
btitudinē ciuitat̄ sūme ⁊ superne glorie
hoc ē eā possidēs ⁊ acqrēs. Et hoc qntuplici dñā
rio s̄ꝫ Augu. paupertate regnū. dolore gaudiū: labo
re requiem: ignominia gloriā: morte vitā. Ul' dr̄ seba
stian⁹ a basto. nā miles xp̄s: equ⁹ eccl'ia: bastū siue
sella Sebastian⁹: quo mediāte xp̄s i eccl'ia milita-
uit: ⁊ de mult̄ martyrib⁹ victoriā obtinuit. Uel se
bastian⁹ iterp̄tat̄ vallat⁹: vl' circuiēs. vallat⁹: q: sa
gittis tanq̄ꝫ herici⁹ fuit circūdat⁹. Circuiēs: q: oēs
martyres circuibat: ⁊ oēs cōfortabat.

¶ De sancto Sebastiano.

s Ebastian⁹ vir xp̄ianissim⁹ narbonēsis ge
nere: ciuis mediolanēsis: Diocletiano ⁊
Maximiano īpatorib⁹ adeo car⁹ erat vt
p̄ncipatū ei p̄me cohortis traderēt: ⁊ suo aspectui
iuberent sp̄ astare. Hic militarē chlamydē ad hoc
tm̄ ferebat: vt xp̄ianorū aīas q̄s i tormēt̄ videbat
d̄ficere ꝯfortaret. Dū āt p̄clarissimi viri Marcelli
an⁹ ⁊ Marc⁹ gemi frēs ꝓ fide xp̄i d̄collari d̄berēt:
ad eos parētes aduēiūt: vt a suo ꝓposito r̄uocarēt
aduēit g⁹ mr̄ ⁊ soluto capite scissisq; vestib⁹ v̄beri-
busq; onsis aiebat. O p̄dulces filij circūdat me in-
audita misīa: ⁊ itolerabil' luct⁹. Heu me miseram
amitto filios meos ad mortē vltro tēdētes: quos si
mihi hostes auferrēt: ꝑ media seq̄r bella raptores
Si violēta iudicia ꝯcluderēt: carcerē irrūperē mo
ritura. nouū h⁹ ꝑeūdi gen⁹ ē i q⁹ carnifex rogat̄ vt
feriat: vita optat̄ vt ꝑeat: mors inuitat̄ vt veniat.
Nou⁹ hic luct⁹ noua misīa i q̄ natorū iuuēt⁹ spōte
amittit̄ ⁊ parētū miserāda cogit̄ senect⁹ vt viuat.
Hec dicēte mr̄e pr̄ senior māib⁹ adducit̄ famulorū:
⁊ capite asp̄so puluer̄ hi⁹ voces dabat ad celū. Ad
mortē vlt⁹ ꝓficiscētib⁹ filijs vale dictur⁹ aduēi: vt q̄
mee sepl'ture pauerā i filiorū sepl'tur̄ ifelix expēdā
o filij mee bacculū senectutis: et geminū meorum
viscerū lumē: cur sic mortē diligitis. Uenite huc
iuuenes: flete super iuuenes spōte pereūtes. Ue-
nite huc senes: et mecū super filios meos plangi-
te. Huc accedāt patres: et prohibete ne talia pa-
tiamini. Deficite plorādo oculi mei: ne videā fili-
os meos gladio cedi. Hec dicēte patre aduēiūt cō-
iuges asp̄cib⁹ eorū ꝓp̄os filios afferētes atq; eiulā
do clamātes. Quib⁹ nos dimitt̄is? Qui erīt horū īfā
tiū dn̄i? Quis nr̄as largas videt possessiōes? Heu
q̄: ferrea pectora: q: parētes d̄spicit̄: amicos r̄spu
it̄: vxores abijcit̄: filios abdicat̄: ⁊ vos spontane
os carnificib⁹ exhibet̄. Int̄ hec āt cepert virorū cor

da mollescere. Tūc scūs sebastianꝰ qui aderat erū
pēs in mediū dixit. O fortissimi milites xp̄i nolite
ꝑ misera blādimēta coronā deponere sēpiternā. sz
et parentibus dixit. Nolite timere nō separabun
tur a vobis: sed vadūt in celum vobis parare side
reas mansiones. Nā ab initio mūdi hec vita in se
sperātes fefellit: se expectātes decepit: de se p̄su
mētes irrisit: ⁊ ita nullū oīo certū reddidit: vt oībꝰ
ꝓbet eē mētita. Vita hec admonet furē vt rapiat
iracūdū vt seuiat: mēdacē vt fallat. Ipsa iꝑat cri
mina: iubet facinora: suadet iniusta. Hec āt p̄secu
tio quā hic patimur hodie excādescit: ⁊ cras eua
nescit: hodie exardescit: ⁊ cras refrigescit: sub vna
hora iducit: ⁊ sub vna hora excludit. Dolor āt eter
nus renouat vt seuiat. augmētat vt exurat: iflāma
tur vt puniat. In amore ergo martyrij nr̄os iā su
scitemꝰ affcūs. Ibi .n. diabolus se vīcere existimat:
q dū capit captꝰ ē: dū tenet victꝰ ē: dū torq̄t torq̄tur:
dū vigilat occisus ē: ⁊ dū isultat irrisus ē. Igit dū
btūs Sebastianꝰ hec ex ore ꝓferret: subito ꝑ vnā
fere horā a splēdore nimio d' celo dscēdēte illuiatꝰ
ē: ⁊ sub illo splēdore pallio cādidissimo amictꝰ: ⁊ ab
angelis septē clarissimis circūdatꝰ. Iuuenis āt ap
paruit iuxta eū dās ei pacē ⁊ dicēs. Tu sꝑ mecū
eris. Cū āt btūs Sebastianꝰ hec ⁊ his silia p̄dica
ret: zoe vxor Nicostrati in cuiꝰ domo sci custodie
bātur q̄ loq̄lā amiserat ꝓuoluta pedibꝰ eiꝰ nutibꝰ
veniā postulauit. Tūc sebastianꝰ ait: Si ego xp̄i fuꝰ
sū: ⁊ si vera sūt oīa q̄ ex ore meo hec mulier audi
uit ⁊ credidit apiat os eiꝰ q apuit os Zacharie ꝓ
phete dn̄i. ad hāc vocē mulier exclamauit. Bn̄di
ctꝰ sermo oris tui: ⁊ bn̄dicti q oībꝰ q̄ locutꝰ es credūt.
Vidi .n. angelū librū tenentē an̄ te: vbi oīa q̄ dixisti
scripta erāt. Vir āt eiꝰ hoc audiēs ꝓcidit ad pedes
sci sebastiani: sibi postulās indulgeri: statiq3 absol
uēs martyres rogabat vt liberi abirēt. Qui dixe
rūt nullatenꝰ se d'futuros victoriā quā cepissēt. Tā
tā igit grāz ⁊ v̄tutē vbis sci Sebastiani dn̄s ɔtule
rat: ꝙ nō solū Marcellianū ⁊ Marcū in martyrij
ɔstātia roborauit: sz ēt p̄rez eorū noīe Trāglinū ⁊
m̄rez cū mult' alijs ad fidē ɔuertit: quos oēs Poli
carpꝰ p̄sbr̄ baptizauit. Trāglinꝰ āt morbo grauis
simo laborās mox vt baptizatꝰ ē sanitatē recepit.
Prefcūs āt vrb Rome: q ⁊ ip̄e morbo grauissimo
laborabat: rogauit Tranglinū: vt ad se adduceret
eū q sibi sanitatē dederat. Cū ergo ad eū venisset
Policarpꝰ p̄sbr̄ ⁊ Sebastianꝰ: ⁊ ipse eos rogaret:
vt ēt sanitatē reciꝑet: dixit ei Sebastianus vt p̄us
idola abnegaret: ⁊ ɔfrigēdi ea sibi ptātē traderet: ⁊
sic sanitatē reciꝑet. Cui cū Cromatiꝰ p̄fcūs d'ret ꝙ
s'ui sui hoc facerēt ⁊ nō ipse: dixit Sebastianꝰ. Ti
midi deos suos ɔfrigere formidāt: sz ⁊ si diabolus
ea occasione eos lederet dicerēt ifideles eos eē ob
hoc lesos ꝙ deos confrigerēt. Sicq3 Policarpꝰ ⁊
Sebastianus acciti plusq3 .200. idola ɔfregerūt.
Post hoc aūt dixerūt Cromatio. Cū nobis idola
ɔfrigētibꝰ sanitatē reciꝑe debuisti: nec recepisti cer
tū ē: q2 aut ifidelitatē nodū obiecisti: aut aliq̄ idola
reseruasti. Tūc idicauit se hr̄e thalamū i quo erat
oīs disciplina stellarū ꝓ quo pater suus plusq3 du

centa pondera auri expenderat: ⁊ per que futura
omnia preuidebat. Cui Sebastianꝰ. Quādiu hoc
integrū habueris: teipsuz integrum nō habebis.
Cūq3 ad hoc ille assētiret Tiburtiꝰ eiꝰ filiꝰ iuuenis
egregiꝰ dixit. Nō patiar opꝰ d'strui tā p̄clarū: sz ne
p'ne sanitati videar eē ɔt'ꝰ duo clibani accēdant:
vt si destructo oꝑe p'mcꝰ sanitatē nō recepit ābo
viri cōcremēt. Cui sebastianꝰ. Sic fiat vt locu
tus es. Dū igr̄ illa ɔfrīgerent: āgelus p̄fecto appa
ruit: ⁊ sibi a dn̄o iesu sanitatē redditā nūciauit: sta
tiq3 sanꝰ effectꝰ cucurrit post eū: vt eiꝰ pedes oscu
laret q eū ꝓhibuit ex eo ꝙ baptismū nōdū recepe
rat. Sicq3 ip̄e ⁊ Tiburtiꝰ filiꝰ eiꝰ ⁊ .1400. d' eiꝰ fami
lia baptizati sūt. Zoe āt ab ifidelibꝰ tēta ⁊ diu crucia
ta emisit spm̄. Qd' cū audisset Trāglinꝰ prupit ⁊ di
xit. Femie nos ad coronā p̄cedūt: vt qd viuimus?
Ip̄e āt post paucos dies lapidatꝰ ē. Sāctꝰ aūt Ti
burtiꝰ sup p'ūas allatas ire iubet: aut icēsū dijs i
ponere. Qui sibi signū cruc' faciēs ɔstāter sup ip
sas nudis igressus ē plātis dicēs. Videt mihi ꝙ su
per roseos flores icedaz i noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i. cui
fabianꝰ p̄fectꝰ dixit. Quis ignorat magicā artē xp̄z
vos docuisse? Cui Tiburtiꝰ. Obmutesce ifelix: q2
nō es dignꝰ nomē tā sanctū ⁊ tā mellifluū noīare.
Tūc iratꝰ pfectꝰ iussit eū decollari. Marcellianꝰ āt
⁊ Marcꝰ stipite affigunt. Cūq3 fuisset affixi psallē
tes dicebāt. Ecce q3 bonū ⁊ q3 iocundū ⁊c. qbꝰ p̄fe
ctꝰ. Infelices d'ponite amētiā ⁊ vosipsos liberate.
cui illi. Nūq3 tā bn̄ epulati sumꝰ. Vtinā tādiu nos
eē ꝑmittas: q3diu corporis tegimur idumēto. Tūc p̄
fectꝰ iussit eos lāceis ꝑ latera trāsuerberari. Et sic
martyriū ɔsūmauerunt. Post hoc p̄fectꝰ diocletia
no iꝑatori d' Sebastiano suggessit. Quē ad se vo
cās dixit. Ego te iter p̄mos i palatio meo sꝑ hūi: ⁊
tu ɔ̄ salutē meā ⁊ in deorū iniuriā hactenus latuisti.
Cui sebastianꝰ. Pro salute tua xp̄z sꝑ colui: ⁊ pro
statu romani iꝑij deū q i celꝭ ē sꝑ adoraui. Tūc dio
cletianꝰ iussit eū i mediū cāpū ligari: ⁊ a militibꝰ sa
gittari. Qui cū ita sagitt' ipulerūt vt q̄si heritiꝰ vi
deret: ⁊ extimātes illū mortuū abierūt: q itra pau
cos dies liberatꝰ stās sup gradū palatij iꝑatores
veniētes de malis q̄ xp̄ianis iferebāt dure redar
guit. Dixerūtq3 iꝑatores. Iste ne ē sebastianꝰ quez
diu sagitt' interfici iusseramꝰ? Cui sebastianꝰ. Ad
hoc me dn̄s suscitare dignatꝰ est vt couenīā vos ⁊
redarguā vos de malis v̄ris q̄ christi famulis irro
gatis. Tūc iꝑator tandiu eum fustigari iussit: do
nec spm̄ exalaret: fecitq3 corpꝰ eiꝰ in cloacā proijci
ne a xp̄ianis ꝓ martyre coleret. Sāctus aūt seba
stianꝰ sequēti nocte sācte lucie apparuit et corpus
eiꝰ sibi reuelauit: ⁊ vt iuxta vestigia apostolorū illd'
sepeliret p̄cepit. qd' ⁊ fcm̄ ē. Passus ē āt btūs seba
stianꝰ sub diocletiano ⁊ maximiano iꝑatoribꝰ q ce
perūt circa ānū dn̄i .287. Refert Grego. i p̄mo li
bro dialogorū ꝙ q̄dā mlier i tuscia nuꝑ nupta cuz
ad dedicationē ecclīe sci sebastiani ab alijs iuitata
eēt i ip̄a nocte q̄ seq̄nti die ire debebat: carnis vo
luptate stimlata a viro suo se abstinere nō potuit.
Fcō āt mane magis erubescēs vultū hoīs q3 dei il
luc ꝓfecta ē. Mox aūt vt oratoriū vbi erāt relique

sancti Sebastiani igressa ē: diabolus eā arripuit ⁊
coraꝫ oibus vexare cepit: tū p̄sbyter illius ecclesie
palliū altaris arripiēs eā operuit: sꝫ diabolus stati
ipsū p̄sbyterū iuasit: Duxerūt aūt eā amici sui ad
icantatores vt suis incantatōib⁹ diabolum effuga
rēt: sꝫ mox dū icātaret̃ iudicio dei legio demonū.
6666. ī eā igressi ipsā acri⁹ vexare cepūt. Quidaꝫ
aūt vir noīe Fortunat⁹ sanctitate conspicuus suis
p̄cib⁹ eam sanauit. Legit̃ quoqꝫ in gestis lōgobar
doꝝ q̄ tempe Gūperti regꝭ: italia tota tāta pe-
ste pcussa ē: vt vix vi⁹ alterū sufficeret sepelire: ⁊
hec pestis maxime Rome ac papie crassabat̃. Tē
visibilr bon⁹ angelus multis apparuit: malo āge-
lo seq̄nti: ⁊ venabulū ferenti p̄cipiēs vt pcuteret:
ac cedē faceret: quotiēs aūt aliq̄ꝫ domū pcutiebat.
totiens mortui inde efferebant. Tūc cuidā diuini
tus reuelatū ē: q̄ nequaq̄ꝫ hec pestꝭ cessaret donec
scō Sebastiano altare papie ꝯstrueret̃ quod qdē
cōstructū ē in ecclesia sci Petri qui dr̃ ad vincula.
Quo facto statiꝫ cessauit illa q̄ssatio: ⁊ illuc a roma
relique sci Sebastiani martyris sūt delate. Ambro
sius aūt i p̄fatione sic ait. Beati martyris Seba-
stiani ꝓ confessione noīs tui dn̄e venerabilis san-
guis effusus: simul et tua mirabilia manifestat. q̄
pfecit i infirmitate v̄tutē: ⁊ nr̄is studijs dat ꝓfectū
īfirmis apud te p̄stat auxiliū. ¶ De noīe.

Gnes dicta est agna: q̄ꝛ mitis ⁊ humilis
a tāq̄ꝫ agna fuit. Uel a greco quodaꝫ agno
quod ē piū: q̄ꝛ pia ⁊ misericors extitit. Uł
agnes ab agnoscēdo. q̄ꝛ viā v̄itatis agno
uit. v̄itas aūt fm Augustinū opponitur vanitati: ⁊
falsitati. ⁊ duplicitati: q̄ tria a se remouit ꝑ v̄tutem
quā habuit. ¶ De scā Agnete.

a Gnes virgo prudētissima vt testat̃
Ambrosius q eius passioneꝫ
cōscripsit .13.° āno etatis sue morteꝫ pdi-
dit ⁊ vitā inuenit. Infantia qdē cōputabat̃ i annis
sꝫ erat senectus mentꝭ imensa: corpore iuuencula:
sed aīo cana: pulchra facie: sed pulchrior fide. q̄ dū
a scholis reuertit̃ a p̄fecti filio adamatur. Cui ille
gēmas ⁊ diuitias innumerabiles ꝓmisit si cōsensuꝫ
eius cōiugio nō negaret: cui Agnes rn̄dit. Disce-
de a me fomes peccati. nutrimētū facinorꝭ. pabulū
mortis: q̄ꝛ iā ab alio amatore p̄uenta suꝫ. Cepitq̄ꝫ
ip̄m suū sponsū ⁊ amatorē a q̄nqꝫ cōmendare: que
sponse i spōsis p̄cipue reqrunt. s. a nobilitate gn̄is
a decore pulchritudinis: a diuitiarū abundantia:
a fortitudīe ⁊ potētie efficacia. ⁊ ab amoris excellē
tia: sic dicēs. Illū amo q lōge te ē nobilior ⁊ gn̄e et
dignitate: cuius mater v̄go ē. cui⁹ pater feminam
nescit: cui angeli s̄uiūt: cui⁹ pulchritudinē sol ⁊ lu-
na mirant̃: cuius opes nūq̄ꝫ deficiūt: cui⁹ nūq̄ꝫ di-
uitie decrescūt: cuius odore reuiuiscūt mortui: cu-
ius tactu cōfortant̃ infirmi: cuius amor castitas ē:
tactus sanctitas: vnio v̄ginitas. Hec aūt q̄nqꝫ po
nit i q̄dā auctate dicēs. cui⁹ gn̄ositas celsior: possi-
bilitas fortior: aspectus pulchrior: amor suauior: ⁊
oī gr̄a elegantior. Deinde ponit q̄nqꝫ bn̄ficia q̄ sibi
sponsus cōtulit: ⁊ alijs spōsis cōfert. s. q̄ꝛ eas fidei
annulo subarrat: multiplici v̄tutum varietate eas
vestit ⁊ ornat: passionis sue sanguine eas signat:
vinculo amoris eas sibi copulat: ⁊ thesauris cele-
stis glīe eas ditat: sic dicēs. Qui ānulo suo subar-
rauit me: dexterā meā ⁊ collū meū cinxit lapidib⁹
p̄ciosis: induit me cyclade auro texta: ⁊ imēsis mo
nilib⁹ ornauit me. Posuit signū i faciē meā. vt nul
lū p̄ter eū amatorē assumā: ⁊ sāguis ei⁹ ornauit ge-
nas meas. Iā āplexib⁹ ei⁹ castꝭ astricta sū. Iā cor-
pus ei⁹ corpi meo sociatū ē. Ondit mihi thesauros
icōparabiles: quos mihi se daturū si in eo p̄seue-
rauero repromisit. Audiēs hec isanus iuuenis le-
cto ꝓsternit̃: ⁊ q̄ amore egrotet ꝑ alta suspiria a
medicis aperit̃. Cumqꝫ pr̃ iuuenis eadē v̄gini re-
plicaret. ⁊ illa p̄oris spōsi federa se violare n̄ pos-
se assentiret: cepit p̄fect⁹ ingrere: qs eēt ille spōsus
de cui⁹ se agnes potestate iactaret: cū ergo qdam
assereret q̄ xp̄m sponsū suū diceret: blādis prius
s̄monib⁹: demū terroribus eaꝫ pulsat. cui Agnes
q̄cq̄d vis age: q̄ꝛ qd̄ q̄ris nō poteris obtinere. Ip̄ꝫ
.n. terrentē vt blandientē silr̃ deridebat. cui p̄fect⁹
Unū tibi de duob⁹ elige: aut cū v̄ginib⁹ dee veste
sacrifica si tibi virginitas placet: aut cum mere-
tricib⁹ scortaberis: q̄ꝛ .n. nobilis erat: vim sibi īfer-
re nō poterat. Et iō titulū sibi xp̄ianitatis iposuit
cui illa. nec sacrificabo dijs tuis nec sordib⁹ pollu-
ar alienis: mecū .n. hēo custodē corpis mei angelū
dn̄i. Tunc p̄fectus iussit eā expoliari: ⁊ nudā ad lu
panar duci. Tantā aūt densitateꝫ capillis ei⁹ dn̄s
contulit: vt melius capillis q̄ꝫ vestibus tegeretur.
Ingressa aūt turpitudinis locū āgelū dn̄i p̄paratū
inuenit: q locū claritate nimia circūfulsit. sibiq̄ꝫ sto
lam candidissimā p̄parauit. Sicqꝫ lupanar. locus
fit oronis. adeo vt mundior exiret q̄ꝫ fuisset igres-
sa: q imenso lumini dabat honorē. Prefecti auteꝫ
filius cū alijs iuuenib⁹ ad lupanar venit: ⁊ eos p̄-
us ad ipsaꝫ inuitauit q ingressi: sꝫ ex miraculo ter-
riti ꝯpuncti redierūt quos ille miseros appellans
⁊ ad eā furiēs itrās: cū eā vellet cōtingere in ip̄m
lumē irruit: q cū deo nō dedisset honorē p̄focatus
a diabolo expirauit: quod p̄fect⁹ audiēs cū ingēti
ploratu ad eā venit: ⁊ cāꝫ mortis eius diligentius
sciscitat̃: cui Agnes. Ille cuius voluntatē volebat
pficere potestatē in eū accepit ⁊ occidit. Naꝫ socij
eiusdē viso miraculo territi redierūt illesi. cui p̄fe-
fectus. In hoc apparebit q̄ nō magicis artib⁹ hoc
egisti: si ipetrare poterꝭ vt resuscitet̃. Orāte agne-
te iuuenis resuscitat̃: ⁊ xp̄us ab eo publice p̄dicat̃.
Ad hec tēploꝝ pōtifices seditōeꝫ excitātes i pplō
exclamauerūt. Tolle magaꝫ: tolle maleficam que
mētes mutat: ⁊ aīos alienat. Prefect⁹ āt viso tā-
to miraculo eā liberare voluit: sꝫ ꝓscriptionē me-
tuens vicariū derel̄iqt: ⁊ q̄ꝛ eā liberare non potuit
tristis abscessit. Tunc vicarius aspasius noīe iussit
eā i copiosū ignē iactari. Sꝫ in duas ptes flammia
diuisa: seditiosū populū exurebat. Tunc aspasius
i gutture eius gladiū imergi p̄cepit ⁊ sic xp̄s spon-
sus eius candidus ⁊ rubicūdus ipsā sibi sponsaꝫ ⁊
martyrē cōsecrauit. Passa ē aūt vt credit̃ tpe Cō
stantini magni: q cepit circa annum domini. 306.
Cū igit̃ corp⁹ ei⁹ xp̄iani ⁊ parētes ipsi⁹ cū gaudio

ſepelirẽt: vix a paganis ĩ eos lapides mittẽtibus
euaſerũt. Emerẽtiana aũt eius collactanea virgo
ſãctiſſima licet adhuc cathecumina dũ iuxta ſepul
chrum eius ſtaret: ⁊ conſtanter gẽtiles argueret.
ab eis lapidata eſt. Statimq; terremotus coru-
ſcationes: ⁊ fulgura extiterunt adeo ꝙ ex paganis
plurimi ꝑierunt: ita ꝙ ipſi deceteꝛo venientes ad
ſepulchꝛũ virginis nõ leſerũt. Coꝛpus aũt ſancte
Emerẽtiane iuxta coꝛpus ſancte agnetꝭ poſitũ ẽ.
Cũq; parentes eiꝰ octauo die iuxta tumulũ vigila-
rẽt viderunt choꝛũ virginum veſtibus aureis ra-
diantẽ: iter q̃s viderũt btã agnetẽ ſimili veſte ful
gentẽ: ⁊ a dextrꝭ eiꝰ agnũ cãdidioꝛẽ niue ſtãtẽ. Qui
bus illa. Uidete ne me q̃ſi moꝛtuã lugeatꝭ: ſ; con-
gaudete mecũ ⁊ ꝯgratulamini: q: cũ his oĩbus luci-
das ſedes accepi. Propt hãc viſionẽ celebraꝛ fe-
ſtũ agnetꝭ ſcdo. ¶ Cõſtãtia aũt v̾go filia Cõſtãti-
ni lepꝛa grauiſſima laboꝛãs: cũ hãc viſionẽ audiſſ;:
tumulũ eiꝰ adijt. Et ibi dũ ĩ oꝛõne ꝑſiſteret obdoꝛ
miuit: viditq; btã agnetẽ ſibi dicẽtẽ. Cõſtanꝛ age
Cõſtãtia. Si ĩ xp̃ꝫ credid̾ꝭ: cõtinuo liberaberis.
Ad hãc vocẽ euigilans perfecte ſe ſanatã inuenit.
Que baptiſmũ recipiẽs ſup coꝛpꝰ ſãcte agnetꝭ ba-
ſilicã fecit: ⁊ ibi v̾ginitate degẽs: mltas exẽplo ſuo
ibidẽ v̾gines aggregauit. ¶ Quidã vir noĩe pauli
nus ĩ eccleſia ſcẽ agnetꝭ ſacerdotij fungẽs officio:
mira cepit carnis tẽtatiõe vexari. S; cũ deũ offẽ-
dere nollet: a ſũmo põtifice licẽtiã petijt ꝯtrahẽdi
Cuiꝰ ſimplicitatẽ ⁊ bonitatẽ papa ꝯſiderãs ãnulũ
ei cũ ſmaragdo dedit: ⁊ iuſſit vt foꝛmoſe btẽ agne
tis imagini que ĩ ſua eccleſia depicta erat ex par-
te ſua ꝑciperet: vt ſe ꝑmitteret deſpõſari. Cumq;
hoc ſacerdos imagini ĩperaret: illa cõtinuo digitũ
annullarẽ poꝛrigẽs: ⁊ ãnullo ſuſcepto digitũ retra
hẽs oẽ; tẽtationẽ a ſacerdote fugauit. Predictus
aũt ãnullus adhuc dicitꝛ ĩ eiꝰ digito apparere. Ali-
bi tñ legitꝛ: ꝙ cũ eccleſia btẽ agnetꝭ rueret: papa q
dã ſacerdoti dixit ſe ſibi velle quãdã ſpõſã cuſtodi
endã ⁊ nutriẽdã. ſ. eccl'iaꝫ ſãcte agnetꝭ cõmittere.
Danſq; ei ãnullũ iuſſit vt dictã imaginẽ deſpõſa-
ret: quã illa extẽdẽte et rethẽte digitũ deſpõſauit.
De hac v̾gie dicit Ambꝛo. ĩ libꝛo de v̾gibꝰ. Hanc
ſenes: hãc iuuenes: hãc pueri canãt. Nemo ẽ lau-
dabilioꝛ q̃; q ab oĩbꝰ laudaꝛ. Quot hoĩes tot pꝛeco
nes q martyrẽ ꝑdicãt dũ loquũtur. Stupete vni-
uerſi: ꝙ iã diuitatꝭ teſtis extiterit: q̃ adhuc arbitra
ſui per etatẽ eſſe non poſſet. Fecit deniq; vt ei de
deo crederetꝛ: cui de hoĩe adhuc non crederetꝛ: q:
qđ vltra nãm eſt hoc de auctoꝛe nature eſt. Nonũ
martirij genꝰ nõdũ idonea pene ⁊ iã nata victoꝛie:
certare difficil': habilis coꝛonari. magiſteriũ v̾tutꝭ
ĩpleuit: que nõdũ iudiciũ habebat etatis. Non ſic
ad thalamũ nupta ꝓꝑeraret vt ad ſupplicij locu;
leta ſucceſſu: gradu feſtina v̾go ꝓceſſit. Itẽ ambꝛo.
ĩ prefatõe. Beata agnes generoſitatꝭ oblectamẽ-
ta deſpiciẽs: celeſtẽ meruit dignitatẽ ſocietatis hu-
mane vota cõtemnens: eterni regis eſt ſociata cõ
ſoꝛtio: pꝛecioſam moꝛtem pꝛo chꝛiſti confeſſione ſu
ſcipiens ſimul eſt ei facta confoꝛmis.

¶ De nomie ſancti Uincentij.

Incentiꝰ dicitꝛ q̃ſi viciũ incẽdẽs vl' vicẽs
ĩcẽdia: vel victoꝛiã tenẽs. Ipſe eni ĩcẽdit
.i. cõſũpſit vicia ꝑ carnis moꝛtificatiõem
vicit ĩcẽdia ſuppliciorũ ꝑ ꝯſtãtẽ penarũ
ꝑpeſſiõe;. Uictoꝛiã tenuit mũdi ꝑ ipiꝰ deſpectõe;.
Uicit. n. tria que erant in mundo. ſ. falſos erroꝛes:
ĩmũdos amoꝛes: mundanos timoꝛes. quos vicit ꝑ
ſapiaꝫ mũdiciã ⁊ ꝯſtãtiã: de qbꝰ dic̃ Auguſtinꝰ. vt
cũ oĩbꝰ erroꝛis amoꝛibus ⁊ timoꝛibꝰ vicaꝛ hic mũ
dus: ſcõꝛũ martyria docent ⁊ docuerũt. Eiꝰ paſſio
nem quidam beatum auguſtinum aſſerunt cõpil-
laſſe: quã prudentiꝰ verſibus luculenter exequitꝛ.

¶ De ſancto vincentio.

Incentius nobilis gñe: ſ; fide
⁊ naute tēpestate conquassati ⁊ tenebris obuoluti quo ꝑgerēt ignorarēt: scūs Marcꝰ cuidā mōacho custodi corporis sui apparuit dicēs. Dic oībꝰ istis vt velocit̄ vela deponāt: qꝛ nō lōge a terra distāt Quibꝰ depositis mane facto se iuxta quādā īsulaꝫ īuenerūt. Vez cū ꝑ littora diuersa trāsirent ⁊ sctm̄ thesaurꝫ oībꝰ occultarēt: veniētes icole cōclamabāt. O q̄ꝫ bti estꝭ q sci mar. corpꝰ portatꝭ. Sinite vt ipꝫ supplicit̄ adoremꝰ. Quidā nauta adhuc oīno icredulꝰ a demōe arripit̄: ⁊ tādiu vexat̄ donec ad cōpꝰ sci adductꝰ se credē ꝯfiteret̄. Qui libatꝰ glīā dō ddit ⁊ btm̄ marcū i dīuotiōe magna dīceps hūit Quodā tpe dū cōpꝰ. s. mar. itra q̄zdā colūnā d lapidibꝰ marmoreis fcāꝫ paucis ꝯsciis eēt rpositū: vbi cautiꝰ ꝓuaret̄ cōtigit vt testibꝰ illis ex hac luce sublatis nemo vbinā scūs eēt thesaurꝰ possꝫ cognoscere: nec aliqbꝰ idicijs īuenire. Fit ex hoc plāctꝰ i clericꝭ: desolatio igēs i laicis: meror iminet vniuersis. Formidabat siqdē plebs deuota ne patronꝰ tā iclitꝰ furtiue fuisset sublatꝰ. Ideoqꝫ ieiuniūꝫ solēne idicit̄: ꝓcessio solēnior ordiat̄. Et ecce cunctis vidētibꝰ ⁊ stupētibꝰ lapides a colūna ꝓsiliunt ⁊ arcā vbi corpꝰ eiꝰ latebat oībꝰ euidenter ondūt. Mox deuotas laudes agūt creatori oīuꝫ q suū eis dignatꝰ ē reuelare patronū. Sicqꝫ dies illustrata tāti ꝓdigij gloria ānis decurrētibꝰ posteris fit festiua. Quidā libri habēt ēt subscripta miracula. Circa ānū dñi. 1241. apd papiā i ꝯuētu ordis fratꝝ ꝑdicatorꝝ fuit qdā fr̄ religiosꝰ ac sctē vite Julianꝰ nomine: natiōe fauētinꝰ iuuenis corpore: sꝫ canꝰ mēte q i īfirmitate vltia elaborās cū p̄orē domꝰ sup statu suo reqreret: ⁊ ille mortē sibi vicinā īminere dicerꝫ stati facie exhilaratꝰ ⁊ manibꝰ ⁊ toto corpore plaudēs clamare cepit. Date locū frēs qꝛ ꝑ nimia letitie abūdātia iā ꝓsiliet aīa extra corpꝰ ex eo ꝙ tā iocūdos rumores audiui. Et eleuatꝭ i celū mānibꝰ dicere cepit. Educ de carcere aīaꝫ meā ⁊c̄. Infelix ego hō qs me liberabit de corpore mortꝭ huiꝰ Inť hec ille leni sōno obdormiēs vidit. b. Marcū ad se venisse: ⁊ se iuxta eius lectulū collocasse. Et ecce vox facta ē ad eū dicēs. Quid ibi agis o marce Et ille. Ad moriētē istū accessi qꝛ dō eiꝰ misteriuꝫ ē acceptū. Et iterꝝ vox ad eū. Quare iter ceteros sctōs ad eū marie venisti? At ille. Quia specialē i me habuit dīuotionē: ⁊ locū vbi corpꝰ meū qescit sedula dīuotiōe visitauit: ⁊ ideo veni i hora sui exitꝰ eū visitare. Et ecce qdā albati totā domū impleuerūt. Quibꝰ ait Marcꝰ. Quare huc venistis? Et illi. Ut istiꝰ aīaꝫ i cōspectu dñi ꝑsentemꝰ. Euigilās āt ꝑdictꝰ fr̄ ꝑ p̄ore domꝰ a quo ego ista audiui cōtinuo misit ⁊ oīa q viderat sibi recitās cū multo gaudio i dño felicit̄ obdormiuit. ¶ Dū qdā mercatores veneti sup quādā nauē sarracenoꝝ alexandriā ꝑgerēt: ⁊ iminēs piculū euidēter viderēt: mox sup scaphā ascēdūt ⁊ funē ꝑcidūt: statiqꝫ nauis vi fluctuū resoluta perijt: ⁊ vniuersos saracenos vnda vorax iuoluit. Unꝰ āt ex eis beatū marcū inuocās voto quo potuit se astrixit: ꝙ si suū sibi ꝯferret auxiliū: ⁊ sacrū baptisma susciperet: ⁊ ipiꝰ limina visitaret. Mox sibi vir splēdidꝰ qdā apparuit: q ereptū de fluctibꝰ i scapha cū ceteris collocauit. Ille āt Alexādriā veniēs: sꝫ liberatori suo igratꝰ existēs: nec sci marci festinat ad limina: nec nr̄e fidei suscipit sacramēta. Cui denuo marcꝰ apparuit: ⁊ ipsū de sua igratitudie icrepauit. Rediēs igit̄ ad se venetias venit ⁊ ibidē sacro baptismatꝭ fōte renatꝰ: ⁊ marcꝰ appellatꝰ ⁊ i xp̄ꝫ ꝑfecte credidit: ⁊ i bōis opibꝰ vitā finiuit. ¶ Uir qdā dū i sūmitate cāpanił sci marci de venetijs qddā opis exerceret subito cadit iprouide mēbrati toto corpoř laniādꝰ In ipo tn̄ casu suo sci marci n̄ imemor eiꝰ patrociniū iplorauit: q cadēs ex īsperato cuidā ligno ꝓminēti subsistit: ⁊ dato fune illesus euasit ⁊ ad opꝰ ꝑstinū ꝯsumādū deuotꝰ assurgit. ¶ Quidā cuiusdā nobił ꝓuiciał tpalit̄ ꝓuꝰ dū voto astrictꝰ corpꝰ sci marci visitar̄ vellꝫ: sꝫ a dño suo licētiā obtier̄ n̄ posset tādē timorē carnał dñi timori celestꝭ postposuit ⁊ isalutato dño ad scm̄ visitandū deuotus accessit. Qd dñs egre ferēs ipsū reuersū exoculari mādauit. Fauēt q̄ꝫtociꝰ crudeli dño crudeliores satellites: ⁊ di famulū scm̄ marcū iuocātē ad trā ꝓijciūt: ⁊ acutos palos oculł effodiēdis apponūt. Sꝫ nihil paloꝝ ꝓficiebāt conamīe: qꝛ i se tabescebāt subita fractiōe. Jubet igit̄ vt securibꝰ crura frāgāt̄ ⁊ pedes ꝑcidāt̄: sꝫ idomabile ferrū securiū ꝓtinꝰ molescit i plūbū. Jubet malleis ferreis os ⁊ dētes cōtundi: sꝫ ferrū sue v̄tutꝭ obliuiscit̄ ⁊ di potētia ebetat̄. Qd dñs vidēs ⁊ stupēs veniā petijt: ⁊ cū ꝓuo sepulchꝝ sci marci dīuotiōe sedula visitauit. ¶ Miles qdā i ꝑlio sic vłneratꝰ i brachio vt manꝰ a brachio dpēderet: adō vt ipaꝫ ꝑcidēdā medici ⁊ amici ꝯsulerēt. Ille v̄o erubescēs fieri mācꝰ: q ꝯsueuit hērī tā ꝓbꝰ manū i locū suū rstitutā pānis sui mdicamtꝭ ligari fec̄. Inuocauit igit̄. b. marci suffragia ⁊ manꝰ ꝯtinuo fuit sāitati ꝑstie rstituta. Sola tn̄ cicatrix remāsit ⁊ i tāti miraclī testimoniū ⁊ i tał bn̄ficij monimētū. Uir qdā de ciuitate mātue falso ab iuidis accusatꝰ i carcerē ē reclusꝰ. Qui cū. 40. dies pegisset ibidē ⁊ nimio afficeret̄ tedio: tādē triduano ieiunio se macerās. b. marci p̄ociniū inocauit. Qui sibi apparēs iubꝫ vt de carcere securꝰ ascēdat. Ille v̄o dormitās ꝑ tedio neglexit parere iussionibꝰ sci existimās illusiōibꝰ se deludi. Deide secūdo ⁊ tandē tertio sibi appuit ⁊ eadē silr̄ iperauit. Qui ad se rediens ⁊ ostiū aptū cōspiciēs de carcere securꝰ exijt ⁊ istar stupe cōpedes mox cōfregit. Ibat igit̄ die media ꝑ mediū custodū ceteroꝝqꝫ oīuꝫ: ita vt ipe cūctos vidēs a nemie videret̄. Qui veniens ad sci marci tumulū exoluit dīuote dbitū grāꝝ. ¶ Cū totā apuliā sterilitas magna iuaderet: nec trā illā bn̄dictiōis pluuia irrigaret: reuelatū ē ꝙ tali plaga ꝑcutit̄ eo ꝙ ibi. s. marci festiuitas n̄ colat̄. Dū igit̄ scūꝫ marcū iuocarēt ⁊ festū eiꝰ festiue se celebraturos ꝓmitterēt sterilitatē ab eis marcꝰ depulit ⁊ suꝑabūdātiā mistrauit: dās ei salubrē aerē ⁊ pluuiaꝫ cōgruentem.

¶ De sancto marcellino.

m Arcellinus annis nouē ⁊ mēsibꝰ q̄tuor romanā ecclesiaꝫ rexit. Hic iussu dioclitiani ⁊ maximiāi capit̄: ⁊ ad sacrificādū adducit̄

Cū āt nō assentiret ⁊ ex hoc diuersoꝝ tormentoꝝ
gña sustinē deberet: metu passionis duo grana in-
cēsi ī sacrificio posuit. Tūc magna adest īfideliū le
ticia: sꝫ fideles igēs tristitia ꝑcussit. Verūtamē ī ca-
pite firmato fortiora mēbra resurgūt: ⁊ minas ꝓnci
pū paruipēdūt. Tūc fideles ad sūmū pōtificē cōue
niūt: ⁊ ipꝫ plˀimū redarguūt. Qđ ille cernēs ī cōci-
lio epoꝝ se supposuit iudicādū. Ad quē illi. Absit.
vt sūmꝰ pōtifex ab aliquo iudicet̄: sꝫ tu ī te collige
cām tuā ⁊ ꝓprio ore te diiudica. Ipse āt iā penitens
plˀimū igemuit ⁊ seipꝫ deposuit: sꝫ tñ eū oīs turba
iteꝝ reelegit. Qđ cesares audiētes iteꝝ eū capi fe-
cerūt: ⁊ dū nullatenꝰ sacrificare vellet: eū decolla-
ri mādauerūt. Et ītantū creuit furor gētilis vt in-
fra mēsez. 17. M. xpianoꝝ ꝑimerent̄. Marcellinꝰ
āt dū decapitari deberet: se xpiana sepultura idi-
gnū eē asseruit. ⁊ iō oēs q se sepelire ꝑsumerēt ex-
cōmunicauit. Quapp corpꝰ eiꝰ ī sepultū. 35. diebꝰ
remāsit. Pꝰ hoc btūs petrꝰ aplˀus marcello succes-
sori sci marcellini apparuit dicēs. Frater marcelle
q̄re nō sepelis me? Cui ille. Nōne dudū sepultꝰ es
dn̄e? Cui aplˀus. Me īsepultū reputo q̄zdiu mar-
cellinū īsepultū videro. Cui ille. Nōne dn̄e nosti q̄z
ille oēs q̄ se sepelirēt anathematizauit? Cui petrꝰ
Nōne scriptū ē. q se humiliat exaltabit̄. vñ hoc at-
tendere debuisti. Vade igr̄ ⁊ ipm ad pedes meos
sepelias. q statim iuit ⁊ iussa laudabilit̄ compleuit.

¶ De nomine sancti vitalis.

Vitalis q̄si viuēs talis q̄z q̄lis viuebat ex-
teriꝰ ī ope talis erat itꝰ ī corde. Vel Vi-
talis a vita. Vel vitalis viuēs alis. i. tu-
ens se alis virtutum. Ipse. n. fuit tanq̄z
vnū de aīalibꝰ dei q̄ vidit Ezechiel hñs ī se q̄tuor
alas. s. alā fidei q̄ volabat ī celū: alā amoris q̄ vola
bat ī deū: alā timoris q̄ volabat ī infernū. alā cogni
tionis q̄ volabat ī seipm: eiꝰ passio ī libello Ger-
uasij ⁊ Protasij reperta fuisse putatur.

¶ De sancto Vitale.

Vitalis miles cōsularis ex Valeria
vxore Geruasiū ⁊ Prota-
siū genuit. Hic cū paulino iudice rauēnā
īgressus: cū quēdā ibidē xpianū medicū noie vrsi-
cinū post mlˀta tormētoꝝ gña iussū dcollari videret
⁊ ille medicꝰ nimiū expauisset: exclamauit ad euꝫ
scūs Vitalis dicēs. Noli fr̄ vrsicine medice q alios
curare cōsueuisti teipm eterna morte occidere: ⁊ q
ad palmā ꝑ multas passiones venisti noli coronaꝫ
amittere tibi a deo paratā. Qđ vrsicinꝰ audiēs cō
fortatꝰ ē: ⁊ de pauore suo penitens martyriū liben
ter accepit. Scūs āt vitalis eū honorifice sepeliri
fecit: ⁊ post hoc ad paulinū dn̄m suū vltra vēire cō
tēpsit. Ille vo nimiū īdignatꝰ: tū q̄z ad se vēire no-
luit: tū q̄z vrsicinū sacrificare volētē retraxit: tū q̄z
xpianū se eē ondit: iussit eū ī eculeū leuari. cui dixit
Vitalis. Stultissimꝰ es si me putas decipe q alios
sp studui liberare. Et ait Paulinꝰ min: sti s. Duci-
te eū ad palmā: ⁊ si sacrificare noluerit foueā ꝓfū-
dissimā donec ꝑuenerit̄ ad aquā ibidē facite: ⁊ ibi
eū viuū ⁊ supinū sepelite. Qđ ⁊ fecerūt: ⁊ beatū vi
talē ibidē viuū sepelierūt sub Nerone circa annū
dn̄i. 57. Sacerdos aūt idoloꝝ q hoc ꝯsiliū dederat
statiꝫ a demone arreptꝰ ꝑ septē dies īsaniens ī illo
loco exclamabat dicēs. Incēdis me. s. vitalis. Die
āt septima ī flumē a demone ꝓcipitatꝰ mirabiliter
expirauit. Vxor aūt sci Vitalis cū mediolanuꝫ re-
diret īuenit quosdā idolis īmolātes q cū eā horta-
rent̄ vt idolis īmolata comedēt: rn̄dit. Xpiana suꝫ
nō licet mihi de vr̄is sacrificijs mādUcare. Qđ illi
audiētes tā dire eā vberauerūt: q̄ hoīes sui q cū ea
erāt vsq̄z mediolanū eā semiuiuā deduxerūt. ⁊ īfra
triduū feliciter migrauit ad dominū.

Virgo q̄dā fuit antiochie cuiꝰ histo-
riā Ambrosiꝰ ī. 2°. li°. de vgi-
nibꝰ recitat ī hec vba. Antiochie nuꝑ v-
go q̄dā fuit fugitās publici visus ostēta-
tōez. Sꝫ quo magis viroꝝ vitabat aspectꝰ eo īcēde
bat āpliꝰ oculos īpudicos. Pulchritudo. n. audi-
ta nec visa plˀs desiderat̄ duobꝰ stimulˀ cupiditatū.
amoris ⁊ cognitōis. dū ⁊ nihil occurrit qđ minꝰ pla
ceat: ⁊ plˀs putat̄ eē qđ placeat qđ ñ iudex oculus
explorat: sꝫ aīus amator exoptat. Itaq̄z scā vgo ne
diutiꝰ alerēt̄ potiēdi spe cupiditatis īegritatē pudo
ris ꝓfessa sic restrixit īproboꝝ facies vt iā ñ amaret̄
sꝫ ꝓdēt̄. Ecce ꝑsecutio. Puella fugē nescia: certat̄
pauida: ne incidēt ī īsidiatores pudoris: aīuꝫ ad vtu
tē parauit: tā religiosa vt mortē ñ timēt: tā pudica vt
mortē expectaret. Venit. n. corone dies maxia oiuꝫ
expectatio. Producit̄ puella duplex ꝓfessa certa-
mē: ⁊ castitatis ⁊ religiōis. Sꝫ vbi viderūt ꝯstātiaꝫ
ꝓfessiōis: metū pudoris: ꝑatā ad cruciatꝰ: erubescē
tē ad aspectꝰ: excogitare ceꝑūt quēadmodū spe ca
stitatis religionē tollerēt vt cū id abstulissēt qđ erat
āpliꝰ ēt id eripēt qđ dreliq̄rāt: aut sacrificare vgieꝫ
aut lupanari ꝓstitui iubēt. Quō colūt deos suos q
sic vidicāt: aut quēadmodū ipi viuūt q ita iudicāt?
Hec puella non quo de religione ābigēt: sꝫ quo de
pudore trepidaret ipa secū iq̄t. Quid hic agimus?
Hodie aut martyr: aut vgo. Alta nobis iuidet̄ co
rona. Sꝫ nec vginis nomē agnoscit̄ vbi vginitatis
auctō negat̄. Nā quēadmodū vgo si mētricē colas
qu ēadmodū vgo si adulteꝝ diligas? quēadmodū
vgo si amatorē petas: Tolerabiliꝰ ē mētē q̄z carnē
vginē hr̄e. Vtrūq̄z bonū si liceat: ⁊ si ñ liceat saltē ñ
hoī caste sꝫ deo simꝰ. Et raab mētrix fuit: sꝫ postq̄z
dn̄o credidit salutē īuēit. Iudith vt se adulto pla-
cēt ornauit: quā tñ q̄z hoc religiōe ñ amore faciebat
nemo eā adulterā iudicabat. Bñ successit exēplū.
Nā si illa q̄ se cōmisit religiōi ⁊ pudorē suauit ⁊ pa
triā: fortassis ⁊ nos suādo religionē suabimꝰ ēt ca
stitatē: q̄ si iudith pudicitiā religiōi ꝓferre voluissꝫ
ꝑdita pria ēt pudicitiā ꝑdidissꝫ. itaq̄z talibꝰ īforma-
ta exēplis silˀ aīo tenēs vba dn̄i qbꝰ ait. Quicūq̄z ꝑ-
diderit aīaꝫ suā ꝓpter me īuēiet eā. fleuit ⁊ tacuit.
ne eam vel loquentē adulter audiret. nec pudoris
elegit iniuriaꝫ sed xpi amore recusauit. Estimate
vtruꝫ adulterare potuit corpore que nec voce ad-
ulterauit. Iamdudū verecundabatur oratio mea
et quasi adire gestorum seriem criminosam atq̄z
explanare formidabat. claudite aures vgines dei.
Ducitur puella dei ad lupanar: sed aperite aures

46

vgines dei. Uirgo ꝓſtitui pōt adulterari non pōt.
Ubicūqꝫ dei vgo ē tēplū dei eſt: nec lupanaria īfa-
māt caſtitatē: ſꝫ caſtitas etiā loci abolet īfamiā: in-
gēs petulātiū ꝯcurſus fit ad fornicē: Diſcite marty-
rū miracula ſcē virgines. Diſcite locoꝝ vocabula.
Claudit̄ itus colūba: ſtrepūt accipitres foris: cer-
tāt ſinguli q ꝑdā ꝑmꝰ īuadat. At illa manibꝰ ad ce
lū leuatꝭ q̄ſi ad domū oꝛonis veniſſet: ⁊ nō ad libi-
dinis diuerſoꝛiū. Xp̄e inqt domuiſti virgini feros
leones: potes domare ēt hoīuꝫ feras mētes. Cal-
deis roꝛauit ignis: iudeis ſeſe vnda ſuſpendit: mīa
tua n̄ nā ſua. Suſanna ad ſuppliciū genua flexit: ⁊
de adulterꝭ triūphauit: aruit dextra q tēpli tui do-
na violabat. nūc tēplū ipꝫ attractat̄ tuū ne patiarꝭ
ceſtū ſacrilegij q nō paſſus es furtū. Bn̄dicat̄ ⁊ nūc
nomē tuū: vt q̄ ad adulteriū veni vgo diſcedam.
Uix ꝯpleuerat oꝛonē: ⁊ ecce vir militꝭ ſp̄e terribi-
lis irrupit. Quēadmodū vgo tremuit cui ppl's tre
mēs ceſſit: ſꝫ nō illa īmemoꝛ leonis: ⁊ Daniel īquit
ſuppliciū ſuſāne ſpectaturꝰ aduenerat: ⁊ quā ppl's
dānauerat vnꝰ abſoluit. Pōt ⁊ ī hoc lupi habitu
ouis latere. Habet ⁊ xp̄s milites ſuos: q etiā legio
nes hꝫ: aut fortaſſe ꝑcuſſoꝛ ītrauit. Ne verearꝭ aīa
mea ⁊ tales ſolēt martyres facere. O vgo fides tua
te ſaluā fecit. Cui miles. Queſo ne ꝑpaueas ſoroꝛ:
frater huc veni ſaluare aīaꝫ nō ꝑdere: ſerua me vt
ipſa ſuerꝭ q̄ſi adulter īgreſſus: ſi vis martyr egre-
diar: veſtimēta mutemus. Cōueniunt mihi tua: ⁊
mea tibi ſꝫ vtraqꝫ xp̄o. Tua veſtꝭ me veꝝ militē fa
ciet: ⁊ mea te vginē. Bn̄ tu veſtieris: ego melius
exuar: vt me ꝑſecutoꝛ agnoſcat. Sume hītū q ab-
ſcōdat mulierē: trade q ꝯſecret martyrē. īduere cla
midē q̄ occultet mēbꝛa virgis: ſuet pudoꝛē. Sume
pileū q tegat crines abſcondat oꝛa. ſolēt erubeſcē
q lupanar ītrauerūt. Sane cū egreſſa fuerꝭ ne reſpi
cias retro memoꝛ vxoꝛis Loth: q̄ nāꝫ ſuā qꝛ īpudi
cos: lꝫ caſtꝭ oculis aſpexit: amiſit. Nec vereare ne
quid pereat ſacrificio: ego ꝓ te hoſtiā deo me red-
do: tu ꝓ me militē xp̄o hn̄s bonā militiā caſtitatꝭ q̄
ſtipēdijs militat ſēpitnis: loꝛicā iuſticie q̄ ſp̄uali mu
nimine coꝛpꝰ īduat: ſcutū fidei quo vulnꝰ repellas
galeā ſalutꝭ. Ibi.n.ē p̄ſidiū nr̄e ſalutꝭ vbi ē xp̄s: qm̄
mulieris caput vir: vginū xp̄s. Et iter hec vba cla
midē exuit. ſuſpectꝰ tn̄ adhuc hītus ⁊ ꝑſecutoris ⁊
adulteri virgo ceruicē clamidē cepit miles offerre
Que pōpa illa: q̄ gr̄a: cum ī lupanari de martyrio
certarēt: Addant̄ ꝑſone miles ⁊ vgo he diſſil'es ī-
ter ſe nā: ſꝫ dei miſeratōe ꝯſil'es: vt cōpleat̄ oꝛacu-
lū. Tūc lupi ⁊ agni ſil' paſcent̄. Ecce agnꝰ ⁊ lupꝰ nō
ſolū ſil' paſcunt̄: ſꝫ etiā īmolant̄. Quid plā: mutato
hītu euolat puella de laq̄o iā nō ſuis alis: vtpote q̄
ſp̄ualibꝰ ferebat̄: ⁊ qd̄ nulla vnq̄ꝫ viderunt ſecula.
Egredit̄ de lupanari virgo xp̄i. At illi q videbant
oculis ⁊ nō videbāt coꝛde ceu raptoꝛes ad agnā lu
pi fremere ad p̄dā: vnꝰ q erat īmodeſtioꝛ ītroiuit:
ſꝫ vt hauſit oculis rei geſtū qd hoc īqt ē: puella in-
greſſa ē vir videt̄. Ecce nō fabuloſū illud. Cerua
ꝓ vgine: ſꝫ qd̄ veꝝ ē miles ex vgine. At ēt audierā
⁊ nō crediderā: qꝛ aq̄s xp̄s ī vina cōuertit: iā muta
re cepit ⁊ ſexꝰ. Recedamꝰ hīc dū adhuc qd̄ fuimꝰ

ſumꝰ. Ut qd ⁊ ip̄e mutatꝰ ſū q aliud cerno q̄ꝫ credo
Ad lupanar veni: cerno vadimoniū: ⁊ tn̄ mutatus
egrediar. Pudicus exibo q adulter ītraui iudicio
rei. qꝛ debebat̄ tāto corona victoꝛi. Dānatꝰ ē ꝓ v-
gine q ꝯp̄heſus ē ꝓ vgie: ita de lupanari n̄ ſolū vgi
nes ſꝫ ēt martyres exierūt. Fert̄ puella ad locū ſup
plicij cucurriſſe: certaſſe ābos d̄ nece. Cū ille dr̄et.
Ego ſū iuſſus occidi te abſoluit ſnīa: qm̄ me tenuit
at illa clamauit. Nō ego te vadē moꝛtꝭ elegi: ſꝫ p̄ec
pudoꝛis optaui: ſi pudoꝛ q̄rit̄: mācet ſexꝰ. Si ſāguis
expoſcit̄: fideiuſſoꝛē n̄ d̄ſidero: vn̄ diſſoluam hēo. ī
me lata ē iſta ſnīa q̄ ꝓ me lata ē. Certe ſi pecunie te
fideiuſſoꝛē d̄diſſē ⁊ abſēte me iudex tuū cēſū fenera
toꝛi adiudicaſſꝫ eadē me ſnīa cōuiceres meo p̄rimo
nio ſoluē tuos nexꝰ: ſi recuſarē qs me īdignā mōte
cēſeret: q̄ꝫto maioꝛe capitꝭ hꝰ cēſura moꝛiar īnocēs
ne moꝛiar nocēs. Nihil mediū ē hodie: aut rea ero
ſāguīs tui aut martyr mei. Si cito redij qs me au-
deat excludē: Si mōtē feci: qs me audeat abſolue
re: Plus legibꝰ debeo rea n̄ ſolū fuge mee: ſꝫ ēt ce-
dis aliene. Sufficiūt mēbꝛa mōtꝭ q̄ n̄ ſufficiebāt īiu
rie. Eſt ī vgie vulneri locꝰ q n̄ erat ꝯtumelie. Ego
oppꝛobꝛiū d̄clinaui n̄ martyriū: tibi ceſſi veſte: n̄ ꝓ-
feſſionē mutaui: qꝛ ſi mihi p̄ripis mōtē: n̄ redemiſti
me: ſꝫ circūuēiſti caue q̄ſo ne ꝯtēdas: caue ne ꝯdr̄e
audeas: noli eripe bn̄ficiū qd̄ dediſti: dū mihi hanc
ſnīaꝫ negas: illā reſtituis ſupioꝛē: ſnīa. n. ſnīa ſupio
re mutat̄. Si poſterioꝛ me non tenet: ſupioꝛ tenet.
Poſſumꝰ vtriqꝫ ſatiſfacē ſnīe ſi me ꝑus patiarꝭ oc
cidi. In te hn̄t aliā quā exerceāt penā: ī vgie obno
xiꝰ pudoꝛē. Itaqꝫ glioſioꝛ erꝭ ſi viderꝭ d̄ adulta mar
tyrē feciſſe: q̄ꝫ d̄ mātyre adulterā: reddidiſſe. Quid
expectatꝭ: duo cōtēderūt: ⁊ ābo vicerūt: nec diſa ē
coꝛōa ſꝫ addita. Ita ſci martyres īuicē ſibi bn̄ficia
cōferētes altera p̄ncipiū martyrio d̄dit alt̄ effcm̄.
At etiā phōꝝ gymnaſia Damonē ⁊ Sithiā pitha
goꝛeos īcolas ferūt. Quoꝝ vnus cū eſſet moꝛti ad-
iudicatꝰ ꝯmēdādoꝝ ſuoꝝ tp̄s popoſcit. Tyrānꝰ āt
aſtutiſſimꝰ cū repiri nō poſſe exiſtimaret: petiuit vt
ſpōſoꝛē daret: q ꝓ ſe feriret̄: ſi ip̄e morā facēt: quid
de duobꝰ p̄clariꝰ neſcio: vtrūqꝫ p̄claꝝ: alt̄ vadē moꝛ
tis īuenit: alt̄ ſe obtulit. Itaqꝫ cū reus morā ſuppli
cio facēt fideiuſſoꝛ ſereno vultu moꝛtē non recuſa
uit. Cū duceret̄ ad moꝛtē: amicꝰ reuerſus ē: ceruī
cē ſubſtituit: colla ſubiecit. Tūc admiratꝰ tyrānꝰ ca
rioꝛē philoſophis amicitiā q̄ꝫ vitā fuiſſe petiuit vt
ip̄e ab ip̄is quos dānauerat: ī amicitiā recipet̄. Tā
ta vtꝰ ē amicitia: vt tyrānū īclinaret. Digna laude
ſꝫ mīoꝛa nr̄is. Nā illic ābo viri: hic ēt vna vgo: q̄ ꝑ
mo ēt ſexū vicēt. Illi amici: iſti īcogniti. Illi tyran
no vni ſe obtulerūt: iſti tyrānis pluribꝰ ac ēt crude
lioꝛibꝰ: qd̄ ille pepcit: iſti occiderūt. Int̄ illos ī vno
obnoxia necītas: ī his āboꝝ volūtas liba. Hi quo
qꝫ ill' prudētioꝛes. qd̄ ill' ſtudij ſui finis amicitie gr̄a
iſtis coꝛona martyrij. Illi enī certauert̄ hoībꝰ: iſti
dn̄o. Hec Ambꝛo.

¶ De noīe.

p

Etrꝰ iterp̄tat̄ agnoſcēs vl' diſcalciās. vl'
dr̄ petrꝰ a petros qd̄ ē firmū. Per hꝰ ītel
ligunt̄ tria ꝓuilegia q̄ fuerūt ī btō petro.
Fuit enī predicatoꝛ egregiꝰ: et inde dicitur agno-

ſcēs: qꝛ ⁊ ꝑfectā ſcripturaꝝ noticiā habuit ⁊ ī p̄dica
tōe qd cuiq; ꝯueniret agnouit. 2° fuit v̓go puriſſi-
mꝰ: ⁊ ide dr̄ diſcalciās. qꝛ a pedibꝰ ſuaꝝ affectionū
oēm amorē mortuū diſcalciauit: ⁊ exiuit vt nō ſolū
corpore: ſ; ēt mēte v̓go eēt. 3°. fuit martyr dn̄i glo-
rioſus ⁊ ide fuit firmꝰ: qꝛ martyriū ꝓ defenſiōe fi-
dei ꝯſtant̄ ſuſtinuit.

¶ De .s. petro martyre.

PEtrus nouꝰ martyr de ordine p̄di
catoꝝ fidei pugil egregius
de ciuitate veronēſi extitit oriūdꝰ. Hic
tanq; ſplēdidū lumē de fumo: liliū cādēs
de ſentibꝰ: rubēs roſa de ſpinis exort̄: dū de parē
tibꝰ ꝑ errorē excecat̄ lucidus p̄dicator exurgit: ⁊ de
ſanciatis mēte corporeq; corrupt̄ v̓ginale decꝰ ꝓ-
cedit: ac de ſpinis .i. eterno icēdio deputat̄ iclytꝰ
martyr aſcēdit. Parētes nāq; ſuos ifideles ⁊ he-
reticos beatꝰ Petrꝰ habuit: a quoꝝ tn̄ errore ſe pe
nitꝰ mūdū ꝑuauit. Cū aūt adhuc ſepte; eēt annoꝝ
⁊ a ſcholis rediret: a patruo ſuo q hereſi; ſapiebat
qdnā i ſcholis didicerit iterrogat̄. Qui rn̄dit ſe di
dicisse. Credo i deū p̄re; oīpotētē ⁊c. ⁊ ille. Noli di
cere creatorē celi ⁊ terre: cū ip̄e viſibiliū creator nō
fuerit. ſ; diabolꝰ oīa iſta q̄ vidēt̄ creauit. Ip̄e v̓o ſe
potiꝰ velle dīe ſic̄ legerat affirmabat: ⁊ ſic̄ ſcriptū;
erat ſe potiꝰ credē velle dicebat. Tūc ille ꝑ auctā-
tes hoc ei ꝑſuadere vt poterat nitebat̄. Quas oēs
puer ſpū ſcō repletꝰ ſic ꝯ eū ꝯuertit: eūq; ꝓꝓo gla-
dio iteremit: vt ille quo diuerteret n̄ hēret. Qui idi
gne ferēs a puero ſe ꝯfuſū p̄ri totū quod iter ſe ge
ſtū fuerat rettulit: ⁊ vt petꝝ a ſcholis remouēt mo-
dis oībꝰ ꝑſuaſit. Timeo .n. ait ne cū petrꝰ bn̄ fuerit
eruditꝰ ad meretricē illā romanā eccl'iā ſe ꝯferat:
⁊ ſic fidē nr̄am deſtruat ⁊ ꝯfūdat: q neſciēs veꝝ di
xit: dū petꝝ hereticoꝝ ꝑfidiā d̄ſtructuꝝ eē tāq; alt̄
Caiphas ꝓphetauit. S; qꝛ res a dō fiebat p̄r fris
monit̄ aſſēſū n̄ p̄buit: ſpās q̄ ꝑ aliquē hereſiarchā
ad ſuā ſectā trahi facēt cū i grāmaticalibꝰ fuiſſ; eru
ditꝰ. Vidēs igr̄ puer ſcūs n̄ eē tutū cū ſcorpionibu;
hitare: mūdū parēteſq; deſpiciēs: mūdꝰ ipſe fratꝝ
p̄dicatoꝝ ordinē itroiuit: In quo qdē ordie q̄; lau-
dabilit̄ vixerit: Innocētiꝰ papa i ſua epl'a apit di-
cēs. Cū .n. b. petrꝰ a mūdi fallacijs i adoleſcētie ā-
nis ꝓinde decimaſſ; ad ordinē fratꝝ predicatoꝝ ſe
trāſtulit: i quo qdē ordie trigita fere annoꝝ ſpatio
fultꝰ catua v̓tutū fide p̄ambula: ſpe aſtāte: comite
charitate ſic p̄ualuit ⁊ ꝓfeē circa defēſionē ipiꝰ fi-
dei ꝓ q̄ totꝰ ardēbat q̄ ꝯ illiꝰ diros hoſtes mēte itre
pida feruētiq; ſpū ꝯtinuū certamē exercēs: ſuū tn̄
agonē diurnū victrici ſupāte martyrio felicit̄ cōſū-
mauit: ⁊ ſic petrꝰ firmꝰ i petra fidei petra demū;
paſſiōis alliſus ad petrā xp̄; digne laureādꝰ aſcē-
dit. Virginitatē quoq; mēt̄ ⁊ corꝑis ſēꝑ illibatā ꝑ-
uauit nec alicuiꝰ mortalis criminis vnq̄; ſēſit cōta-
giū ſic̄ ſuoꝝ cōfeſſoꝝ fideli teſtimōio ē ꝓbatū. Et
qꝛ ꝑuꝰ dēlicate nutritꝰ proteruit i dū;: carnē ſuā aſſi-
dua cibi ⁊ potꝰ ꝑcitate reſtrixit. Ne v̓o ꝑ ocij deſi-
dia; hoſtis pateret īſidijs i iuſtificatōibꝰ dn̄i exer-
cebat̄ aſſidue vt quo circa licita totalit̄ occupato lo
cū i ipſo illicita n̄ hērēt ⁊ a ſpūalibꝰ neqtijs tutꝰ eēt.
Nocturna qdē ſilentia humane putata quieti poſt
dormitōe; breuē currebāt ī ſtudijs lectōu; ⁊ ſōnij
tp̄s vigilijs occupabat. Dies āt ipēdebat ꝯmodis
aīaꝝ vel ſedulis iminēdo p̄dicatōibꝰ: vel cōfeſſio-
nū audiētie īſiſtēdo: aut hereticoꝝ dogma peſtifeꝝ
validis rōnibꝰ cōfutādo: ī qbꝰ ſpālis gr̄e dono no-
ſcit̄ claruiſſe. Deuotōe īſuꝑ gratꝰ humilitate lenis
obediētia placidꝰ: benignitate ſuauis: pietate ꝯpa
tiēs: patiētia cōſtās: charitate p̄ſtabilis: ⁊ in cūctis
moꝝ maturitate cōpoſitꝰ alios ꝓfuſis v̓tutū aro-
matibꝰ att̄hebat. Feruēs quoq; amator: fidei cul-
tor: p̄cibꝰ ꝓpugnator: ardēs ſic aīo ſuo fidē ipreſſe-
rat ſic ſe totū i illiꝰ mācipauerat obſequm q̄ queq;
ipſius opa ⁊ v̓ba v̓tutē fidei redolebant. Pro hac
quoq; mortē ſubire cupiēs hic p̄ncipalit̄ a dn̄o at-
tētiꝰ ⁊ crebris poſtulatōibꝰ ſupplicaſſe ꝓbat̄ q̄ nō
ſineret eū ex hac luce migrare niſi ſūpto ꝓ illo cali-
ce paſſiōis: nec fraudatꝰ ē tādem a deſiderio ſuo.
Multis v̓o i vita ſua miraculis claruit. Nā cum
apud mediolanu; quēdā epm̄ hereticoꝝ a fidelibꝰ
captū btūs petrꝰ examinaret ⁊ ml'ti epi ⁊ religioſi
⁊ maxia ꝑs citat̄ illuc cōueniſſet ⁊ dies tū ex p̄dica
tōe tū ex examiatōe i lōgū ꝓtracta fuiſſ; ⁊ maximꝰ
eſtus cūctos affligeret dixit ille hereſiarcha coram
oībꝰ. O petre ꝑuerſe ſi tu es ita ſcūs ſic̄ hic ſtultu;
ppl's te eē affirmat. Cur eū eſtu mori ꝑmitt̄ ⁊ n̄ ro
gas dn̄m vt nubē aliquā iterponat vt nō moriatur
hic ſtultꝰ ppl's tāto eſtu? Ad quē petrus rn̄dit. Si
vis ꝓmittere te abnegatuꝝ hereſi; tuā: ⁊ fidē cal-
tholicam receptuꝝ rogabo dn̄m: ⁊ faciet q̄ dixiſti.
Tūc fautores hereticoꝝ cōclamantes hereſiarche
dixerūt. Promitte ꝓmitte: credebāt .n. q̄ fieri nō
poſſet qd̄ btūs petrꝰ ſe factuꝝ corā oībꝰ ſpopōdit. ⁊
maxime cū nulla vel minima nubecula i aere ap-
pareret: catholici āt ſuꝑ ꝓmiſſionē bti petri triſta-
ri cepūt timētes ne fides catholica ex hoc cōfuſiōe
ꝑiret: cū ergo hereticus ſe obligare nollet: beatus
petrꝰ cū magna fidutia dixit. Ad hoc q̄ verus deꝰ
viſibiliū ⁊ iuiſibiliū creator mōſtretur ⁊ ad cōſola-
tōe; fideliū ⁊ ad cōfuſionē hereticoꝝ rogo deu; vt
aliq̄ nubecl'a aſcēdat ⁊ ſe īter ſolē ⁊ ppl'; īterponat.
Qd̄ mox p̄miſſo cruc̄ ſignacl'o fcm̄ fuit ꝑ magnam
horā i modū papilionis pplm̄ nubecula ꝓtegente.
¶ Cōtractꝰ qdā noīe aſerbꝰ: cū ꝑ qnq; ānos mā-
ſiſſ; ꝯctus: ita vt ꝑ t̄ra; i ſextario traheret̄: medio-
lanū ad beatū petꝝ ductꝰ fuit: quē cū beatꝰ petrus
ſignaſſet cōtinuo ſanatꝰ ſurrexit. Quedā ēt mira-
cula q̄ ꝑ eū dn̄s dū viueret fecit inocētius i p̄dicta
epl'a recitat dicēs. Cuiuſdā nobilis filiū p̄ nimio ⁊
horribili totiꝰ gutturis tumore nec loq nec ſpirare
valētē leuat̄ ad dn̄; manibꝰ ⁊ cruc̄ i eo fcō ſigna-
cl'o ilicoq; accipiēte ipiꝰ cappā ⁊ īfirmo ſupponēte
eū ilico ſanauit. Idēq; nobilis vehemēti poſtmo-
dū corꝑis tōtōe grauatꝰ credēs ⁊ metuēs exīde ſibi
mort̄ iminere diſcrimē cappā ipſā quā ex tūc cōſ-
uauerat reuerēt̄ fec̄ afferri: q̄ ſuo appoſita pectori
mox v̓mē quēdā duo hn̄tē capita ⁊ piloꝝ denſitate
viloſū euomuit plena liberatōe ſecuta. Cuida; ēt
iuueni muto imiſſo i os digito: ſueq; ligue ſoluto li
gamīe bn̄ficiū loq̄le cōceſſit. Hec ⁊ alia pl'a dū vi-
uēt dignatꝰ ē ꝑ eū dn̄s opari. Veꝝ cū peſt̄ heretica

47

ĩ lombardie ꝑuicia pululare:⁊ mltas iã citates cõ
tagiõe pestifera ĩfecissꝫ:sũmꝰ põtifex ad pestẽ dia-
bolicã aboledã diuersos ĩqsitores de ordine p̃dica
toꝝ ĩ diuersis lõbardie ptibꝰ delegauit.Sꝫ cũ apd̃
mediolanũ heretici nõ solũ mlti numero:sꝫ ẽt ma-
gni seclari potẽtia:acuti fraudulẽta eloq̃ntia:⁊ ple
ni diabolica scia residerẽt:sũmꝰ põtifex sciẽs ⁊ itel
ligẽs beatũ petꝝ virꝝ ẽẽ magnanimũ: q ab hostiũ
fortitudine potẽtia mltitudĩe nõ pauẽt.Aiaduer-
tẽs quoqꝫ eiꝰ cõstãtẽ v̇tutẽ ꝑ quã aduersarioꝝ po-
tẽtie nec ĩ modico cedẽt:cognoscẽs ẽt eiꝰ facũdiã ꝑ
quã facile hereticoꝝ fallacias detegẽt: nõ ignorãs
ĩsuꝑ ipꝫ ĩ diña plene sapiã eruditũ:ꝑ quam friuola
hereticoꝝ argumẽta rõnablr cõfutaret.ipꝫ tã strẽ-
nuũ fidi pugillẽ ⁊ tã ĩdefessũ diñi bellatorẽ ĩ medio-
lano ⁊ eiꝰ comitatu ĩstituit:⁊ ĩqsitorẽ suũ auctate cõ
cessa plenaria ordiauit.Ipse igr ĩiunctũ sibi officiũ
diligent̃ exercẽs:hereticos vbiqꝫ ꝑquirebat nullã
eis reqẽ tribuẽs:sꝫ mirablr oẽs cõfũdẽs:⁊ cõfutãs
potent̃ expellẽs:sapient̃ cõuincẽs:ita vt nõ possẽt
resistẽ sapie ⁊ spũi q ꝑ eũ loq̃bat̃.Qd̃ audiẽtes he-
retici ⁊ dolẽtes de ipiꝰ morte cũ suis fautoribꝰ tra-
ctare cepũt arbitrãtes se posse pacifice viuẽ si coꝝ
tã validꝰ ꝑsecutor d̃ medio tollẽt̃.Cũ igit̃ p̃dicator
ĩtrepidꝰ mox martyr futurꝰ:d̃ cumis mediolanũ ꝓ
ĩgrẽdis hereticꝫ ꝑgẽt ĩ ipo itinẽ palmã martyrij as
secũtꝰ ẽ:sic Innocẽtiꝰ explicat ĩ hec v̇ba.Cũ de ci-
uitate cumana vbi fratrum sui ordinis ibi morã-
tiũ p̃or erat mediolanũ ꝑgeret ꝓ exeq̃da ĩqsitõe ꝯ
hereticos sibi ab aplica sede cõmissa:sic ĩ publica
p̃dicatõe p̃dixerat q̃dã de ipoꝝ hereticoꝝ credẽti-
bꝰ p̃ce illoꝝ ductꝰ.⁊ p̃cio ĩ eũ salutaris ꝓpositi iter
ꝓseq̃ntẽ funestꝰ ĩsilijt ĩ agnũ vtiqꝫ lupꝰ:ferꝰ ĩ mitẽ:
ipiꝰ ĩ piũ:furibũdꝰ ĩ mãsuetũ:ĩ modestũ effrenis:ꝓ-
phanꝰ ĩ scm̃ p̃sumit ĩsultũ:exercet conatũ:mortẽ ĩ-
tẽtat.Sacꝝ ãt caput illiꝰ crudelit̃ ipetẽs ⁊ dirꝫ ĩ ipꝫ
ĩpressis vulneribꝰ sauciato sãguie iusti ense vene-
rãdũ illũ ñ diuertẽtẽ ab hoste:sꝫ exhibẽtẽ se ꝓtinꝰ
hostiã ⁊ cesoris sustinẽtẽ ĩ patiẽtia truces ictꝰ dimi
sit spũ petẽte supna ĩ ipo loco passionis occisũ.Ipo
quoqꝫ sacrilegio ꝑcussuras ĩ xp̃i ministꝝ gẽmas in-
culcãte.Ille nõ q̃rula voce gemẽs vel murmurãs
sꝫ sufferẽs oĩa patient̃ suũ diño cõmendabat spũm
dicẽs.In manꝰ tuas diñe ꝯmẽdo spm̃ meũ.Sym-
bolũ ẽt cepit dicere fidei:cuiꝰ nec ĩ hoc articulo desijt
ẽẽ p̃co prout ipse nefãdꝰ q a fidelibꝰ captus fuit:⁊
quõdã fr̃ diñicꝰ q comes illiꝰ erat:⁊ ab ipso lictore
ꝑcussus diebꝰ aliq̃bꝰ suꝑuixit postea rettulerũt.sꝫ
cũ adhuc martyr diñi palpitaret:cultellũ crudel li-
ctor arripuit ⁊ ꝑ latera eiꝰ trãsfixit. In ipsa ãt die
sui martyrij cõfessor martyr ꝓpheta ⁊ doctor quo-
dãmõ ẽẽ ꝓmeruit.Cõfessor ĩ eo ꝙ fidẽ xp̃i iter tor
mẽta cõstãtissime ꝯfessus fuit:⁊ ĩ eo ꝙ ipa die ꝯfes-
sione more solito scã obtulit deo sacrificiũ laudis.
Martyr ĩ eo ꝙ ꝓ defẽsiõe fidei sãguinẽ suũ fudit.
Propheta ĩ eo ꝙ cũ ipe tũc q̃rtanã pateret̃:⁊ socij
dicẽnt ꝙ ñ possẽt mediolanũ applicare ille rñdit.Si
nõ poterimꝰ ad domũ fratꝝ ꝑuẽire apud scm̃ sim-
plicianũ poterimꝰ hospitari qd̃ ⁊ scm̃ ẽ.Nã cũ sacꝝ
eiꝰ corpꝰ deferret̃ frẽs ꝑp nimiã ppli freq̃ntiã ñ po
tuerũt illd̃ eadẽ die ad domũ d̃ducẽ sꝫ apd̃ scm̃ sim-
plicianũ d̃posuerũt:⁊ ibidẽ ea nocte ꝑmãsit. Doctõ
ĩ eo ꝙ ẽt cũ patet̃ fidẽ verã edocuit:dũ symbolũ fi-
dei clara voce cecinit.Eiꝰ quoqꝫ passio venerãda
diñice passiõi silis mltũ fuisse vr̃.Xp̃s.n.passus ẽ ꝓ
v̇itate quã p̃dicabat.Petrꝰ ꝓ v̇itate fidei quã d̃fẽ-
debat.xp̃s passꝰ ẽ ab ĩfideli pplo iudeoꝝ:petrꝰ ab ĩfi
deli turba hẽticoꝝ.Xp̃s ĩ pascali tp̃e crucifigit̃.pe
trꝰ eodẽ tp̃e mãtyriũ patit̃.xp̃s cũ patet̃ ĩ ma.t.do.
cõ.spi.m.dicebat.petrꝰ cũ occidẽt̃ v̇ba eadẽ clami-
tabat.xp̃s ꝓ.30.d̃narijs t̃ditꝰ fuit vt crucifigẽt̃.pe-
trꝰ ꝓ.40.librꝫ papiẽ.fuit vẽditꝰ vt interficẽt̃.xp̃s ꝑ
passionẽ suã ad fidẽ mltos adduxit petrꝰ ꝑ mãtyriũ
mltos hẽticos ꝯuẽtit.q̃uis.n.egregiꝰ doctõ ⁊ fidi
pugil hẽticoꝝ dogma pestiferꝝ ĩ vita sua plimũ era
dicauerit:pꝰ mõtẽ tñ suã eiꝰ meritꝫ ⁊ cõruscãtibꝰ mi
racul fuit adeo extirpatũ:vt q̃ꝫ plimi errorẽ suũ re
linq̃rẽt ⁊ ad grẽiũ scẽ eccle ꝯuolarẽt:ita vt citas me
diolanẽ.⁊ comitatꝰ eiusdẽ vbi tot hẽticoꝝ ꝯuẽticla
residebãt adeo purgata ẽ vt alijs explsis:⁊ alijs ad
fidẽ ꝯuersis:nullꝰ ibidẽ aliq̃tenꝰ audẽt cõparere.
Plẽs d̃ eis ẽt maximi famosi p̃dicatoꝝ ordinẽ st̃ ĩ-
gressi:q vsqꝫ nũc cũctos hẽticos ⁊ fautores feruore
mirabli ꝑsequũt̃.Sic nr̃ sãsõ plẽs philisteos interfẽc
moriẽs q̃ꝫ occiderat viuẽs.Sic granũ frumẽti cadẽs
ĩ t̃rã:⁊ ĩfideliũ mãibꝰ ꝯpssũ ⁊ mõtuũ vberẽ ꝯsurgit ĩ
spicã.Sic botrꝰ ĩ tõclari calcatꝰ liquorꝫ redũdat ĩ
copiã:sic arõata pilo ꝯcussa odorẽ pleiꝰ circũfũdũt
sic granũ sinapis ꝯtritũ v̇tutẽ suã mltiplr d̃mr̃auit
Pꝰ sci viri gliosũ triũphũ mltꝫ cũ diñs miracul illu
strauit quoꝝ q̃dã sũmꝰ põtifex refert.d.Pꝰ mõtẽ
ipiꝰ lãpades ad seplchꝝ eiꝰ d̃pẽdẽtes p̃ſes ꝑ seipas
absqꝫ oĩ hũano studio ⁊ misterio diñitatꝫ st̃ accẽse:
q̃ ꝯuẽiẽs nimis erat:vt q igne ⁊ luie fidei excellẽt̃
claruerat:singlare d̃ ipo ignis ac luis miraclꝫ appꝫ
¶ Quidã ãt cũ vesceret̃ cũ alijs ⁊ eiꝰ scitatẽ ⁊ mi-
racla d̃ꝑuaret sũpto corã obtestatõis mõsello: ꝙ
eũ ñ possꝫ:si circa hoc d̃liq̃ret:trãsglutire:sẽsit mox
ipꝫ sic gutturi ĩherẽtẽ vt ĩducẽ vl educẽ ñ valẽt:q̃-
re ilico pẽitẽs ⁊ iã vltꝰ mutato colõe q̃si sẽtiẽs vici
nũ mõtꝫ euẽtũ scõ int̃ se voto ꝙ liguã d̃ecto ad tlia
ñ laxarꝫ fuit ꝓtinꝰ illo euõito libatꝰ.¶ Hidropica
q̃dã ad locũ passiõis ipiꝰ auxilio viri ꝑuẽiẽs fusa ibi
orõe sãitatẽ integrã mox r̃cepit.¶ Obsessas a d̃mo
nibꝰ lõgo tp̃e mlieres mãtyr ipe diectꝫ ill cũ mlto
sãguis vomitu d̃ corꝑibꝰ libauit:febres: expulit: lã
guores curauit:plimos ⁊ diuersos.¶ Cuidã sini-
stre manꝰ digitũ ex mõbo fistule plimoꝝ foraminũ
ꝯcauitate d̃fossũ mira solidatõe sanauit ¶ Quidã
ĩsuꝑ puer ex casu grauissimo sic oppssus vt motu ⁊
sẽsu pẽitꝰ d̃stitutꝰ tãq̃ꝫ mõtuꝰ d̃flẽt̃:mox apposita d̃
t̃ra suo pectõi:sacro eiꝰ mãtyrꝫ cruõe ꝯtacta icolu
mis resurrexit.¶ Quedã ẽt cꝰ cãnẽ cãcer edax se
dla cõrosiõe vorarat linita hꝰ t̃ra vlneribꝰ ẽ curata
¶ Alij ẽt diuersꝫ ĩfirmitatibꝰ q seplchꝝ eiꝰ ĩ vehi-
cul ⁊ alijs sustẽtacul adiert exide postmodũ plẽa ĩ
coluñitate r̃cepta sñ aliq̃bꝰ s̃bsidijs rediẽ.¶ Cũ ãt
sũmꝰ põtifex Innocẽtiꝰ 4ꝰ.btm̃ petꝝ scõꝝ mãtyꝝ
cathalogo ascripsissꝫ frẽs apd̃ mediolanũ ad caplꝫ
uenert̃.volẽtes ãt eiꝰ cõpꝰ ad altiorẽ locũ t̃nsfẽre cũ
cũ plꝫ q̃ꝫ ꝑ ãnũ s̃b t̃ra iacuissꝫ:ita itegꝝ iuenerũt vt
nulliꝰ exalatõe fetorꝫ reptũ ẽ ac si eadẽ die fuisset

seplt͞u. frēs igr̄ sup magnū pulpitū lur̄ plateā cōp⁹
ei⁹ cū magna reuerētia deduxerūt ⁊ ibidē sic sanū
⁊ itegrū corā oī pplo ē ostēsū ⁊ ab eo simplr̄ inuoca
tū. ¶ Pter̄ miracula supdicta i lrīs sūmi pōtificis
posita plura alia sūt cōpta. Nā sup locū passiōis ei⁹
sepe luminaria d̄ celo dscēdētia ⁊ ad celū ascēdētia
plēs religiosi: alijq3 q̄3plēs visiblr̄ ɔspexerūt. Int
q̄ lūiaria duos frēs ībitu pdicatoꝝ se vidisse testa-
ti sūt. Quidā iuuenis noīe Gōfredus d̄ ciuitate cu
mana: dū de pāno tunice sci petri hēret: ⁊ qdā he
retic⁹ eidē deridēdo diceret: vt si sāctū eū credere
i ignē pānū ip3 pijceret: ⁊ si cōburi n̄ ɔtigere3 absq3
dubio scūs eēt: ⁊ ipē sue fidei aheret: moxq3 sup
carbones accēsos pānū sci petri piecit: s3 ab ipso
igne alti⁹ resiliuit. Deide p se sup ipos carbōes re
diēs ipos ardētes penit⁹ extixit: tūc icredul⁹ ille
dixit. Sic p oīa pān⁹ tunice mee faciet. Positū est
igit̄ sup albatos carbones ex vna pte pān⁹ hereti
ci: ⁊ ex alia pte pānus sci petri. Pān⁹ āt heretici
mox vt ignis calorē sēsit penit⁹ ē cōbust⁹. Pān⁹
vō. s. petri i igne pualuit ⁊ ignē ipm extixit: ita q̄
nec pil⁹ aliqs de eo ɔbust⁹ fuit. Qd̄ vidēs heretic⁹
ad viā vitat̄ rdijt: ⁊ miraclū oīb⁹ publicauit. Apd̄
Florētiā iuuenis qdā heretica puitate corrupt⁹ cū
i ecclīa fratꝝ d̄ florētia cū qbusdā alijs iuuenib⁹ āte
quādā tabulā vbi ē depictū martyriū sci petri sta-
ret vidēs lictorē eū pcutiētē euagiato gladio ipē di
xit. Utinā ego ibidē fuissē: q: validi⁹ pcussissē. Quo
dicto stati mut⁹ effect⁹ ē. Cūq3 socij reqrerent qd
hēret: ⁊ ipē nihil eis rn̄dere posset: eū domū rduxe
rūt. S3 cū i via ecclīa3 q̄3dā sci michaelis vidisset
elaps⁹ de manib⁹ socioꝝ ecclīa3 itrauit: ⁊ flectens
genua corde scm̄ petꝝ rogauit: vt sibi pceret: voto
quo potuit se obligās q̄ si liberaret̄ pctā sua ɔfite
ret̄ ⁊ oē3 heresi3 abnegaret. Tūc subito loqlā recu
pauit ⁊ veniēs ad domū fratꝝ abiurata heresi pctā
sua cōfess⁹ ē: data licētia cōfessori q̄ hoc i pplo pdi
caret. Ipē quoq3 i publica fratꝝ pdicatiōe surgēs
corā oī multitudie hec cōfess⁹ ē. ¶ Nauis qdā dū
i medio maris pene naufragiū pateret̄ sceua fluc
tuū iundatiōe q̄ssata: oēsq3 caliginose noctis tene-
bris teneret̄ vniuersi naute diuersoꝝ sctōꝝ suffra-
gia postulabāt. S3 cū nullū sue liberatiōis viderēt
idiciū seq3 piclitari plrimū formidarēt: qdā de eis
natiōe ianuēsis facto silētio sic eos alloqt̄. Viri frēs
nūqd n̄ audistis q̄lit̄ qdā fr̄ d̄ ordie pdicatoꝝ noīe
Petr⁹ nup ob defēsionē fidei catholice sit ab here
ticis iterfect⁹: multaq3 p cū dn̄s signa ondit: Nūc
igit̄ deuote iplorem⁹ ei⁹ patrociniū: q: spero q̄ ne
quaq̄3 a nr̄a postulatiōe fraudabimur. Assētiūt vni
uersi beatū petrū i sui auxiliū deuot̄ pcib⁹ inuocan
tes. Illis sic orātib⁹ mox anthēna nauis i quā ve-
lū appēdit̄ cereis accēsis tota plena cōspicit̄: ita q̄
oīs obscuritas illoꝝ cereoꝝ mirabili fulgore fugat̄
noxq3 illa caliginosa i diē clarissimū cōmutat̄. Res
piciētesq3 viderūt q̄ndā cū hitu fratꝝ pdicatoꝝ sup
velū stātē de quo nulli dubiū fuit qn. b. petr⁹ exti-
terit. Stati igit̄ mare qeuit: ⁊ trāqlitas magna fu
it. Cū igit̄ pdicti naute ianuā icolumes venissēt:
ad domū fratꝝ pdicatoꝝ venerūt: ⁊ deo ⁊ .b. petro
grās referētes eisdē frīb⁹ toti⁹ miraculi seriē nar-
rauerūt. ¶ Mulier q̄dā i flādria cū iā tres filios
mortuos pepissꝫ: ⁊ ex hoc a viro odio hēret̄ roga-
uit scm̄ petrū vt sibi i auxiliū fieret. Cū ergo q̄rtū
filiū pepissꝫ sibi mortu⁹ ē rept⁹ quē mr̄ accipiēs ad
rogādū scm̄ petꝝ totā se cōtulit. eū vt suū filiū reui
uiscere faceret pcib⁹ deuotis exorās. Vix orōnē cō
pleuerat ⁊ ecce q erat mortu⁹ apparuit viu⁹. Cū
igit̄ ad baptismū portat⁹ fuisset: ⁊ vt Joānes voca
ret̄ diffinitū eēt: sacerdos cū ei⁹ nomē dicere debu
it nesciēs dixit. Petr⁹. Vn̄ illd̄ nomē ex deuotiōe
sci petri postmodū sp retinuit. ¶ In pūicia theu
tonie apd̄ traiectū mlīeres q̄dā vidētes ad ecclīā
fratꝝ pdicatoꝝ i honore sci petri martyris magnū
ɔcursū fieri pploꝝ dū ipē i platea ɔsisterēt ⁊ filarēt
astātib⁹ sic dicebāt. Ecce isti pdicatores oē3 mōm
lucrādi nouerūt. Nā vt magnā possint pecuniā cu
mulare ⁊ lata edificare palatia vnū nouū martyrē
inuenerūt. Dū hoc ⁊ silīa dicerēt: ecce subito filū to
tū sāguie cruētat̄: ⁊ digiti qb⁹ filū torqbat̄ sāguie
mox replēt̄: qd̄ ille vidētes ⁊ admirātes digitos di
ligēti⁹ extersērūt: ne forte i eis accidissꝫ aliq icisura
S3 cū digitos oīno sanos ac illesos cōspicerēt ⁊ fi
lū sic sāguinolētū viderēt tremētes ac penitentes
dicer̄ ceperūt. Ver̄ q: pciosi martyris sāguini dtra
xim⁹ nob hoc sāguis miraculū tā stupēdū euenit.
Currētes igit̄ ad domū fratꝝ priori oīa exposuerūt
ac filū sāgnie cruētatū eidē pn̄tauerūt pōr āt ad mlī
toꝝ istātiā solēnē ɔuocauit pdicatiōe3: ⁊ qegd pdi
ctis mlīerib⁹ acciderat corā oīb⁹ retulit: ⁊ filū ipm
sic cruētatū oīb⁹ ondit. Vꝛ qdā magr̄ art̄ grāma
tice i eadē pdicatiōe ɔsistēs factū ip3 cepit plīmū
drider̄: ⁊ astātib⁹ dicer̄. Videte mō q̄lit̄ isti frēs sim
pliciū corda dcipiūt. nā cū aliqb⁹ mlīercul̄ de suis
familiarib⁹ ɔduxerūt vt filū ip3 i aliquo sāguie tin
gerēt: ⁊ sic miraclose accidisse narrarēt. Dū hoc il
le diceret ptin⁹ vltiōis diue plagā excepit: ⁊ ip3 va
lidissimaꝝ febriū est⁹ mlt̄ aspiciētib⁹ sic vexauit vt
a pdicatiōe illa iter m̄ii⁹ amicoꝝ i ppa3 domū de
ferret̄. S3 cū vehemēt̄ febris excresceret: ⁊ ille mō
tē vicinā timeret pdictū porē accersiri fec: ⁊ reatū
suū ɔfitēs d̄o ⁊ .b. petro corā dicto pōr votū vouit:
q̄ si ei⁹ merit̄ sāitatē rcipet: eū scp i spāli d̄uotiōe
hēret: ⁊ de cetero ligua3 ad talia n̄ laxaret. Mira
res mox vt pdictū votū ptulit: sanitatē itegrā rece
pit. Quadā ētvice cū supior̄ pdicti loci quosdā la
pides pulcherimos ⁊ magnos i q̄dā naui ducere t
nauis ipā ex iprouiso cuidā littori sic ihesit: vt nllā
ten⁹ possꝫ moueri. Descēdētes vō naute oēs vna
nimit̄ ipa3 ipellebāt: s3 neq̄q̄3 mouere poterāt. Cū
ergo nauē se amisisse putarēt: pdict⁹ supior oībus
alijs licētiat̄ manū ad naui apposuit: ⁊ leuit̄ ipsa3
ipellēs dixit. In noīe sci petri martyr̄ i cui⁹ hono
rē lapides istos deferim⁹ vade. Statiq3 nauis ve
locissime se mouit: ⁊ de littor̄ sana rcessit s̄ quā nau
te ascēdētes oēs sani ⁊ hilares ad ppa rmearūt. In
pūicia frācie ciuitate senonis: puella q̄dā cū i aquā
rapti trāseūtē cecidissꝫ: ⁊ p magnū spaciū tpis ste-
tissꝫ: tādē de flumie mortua ē extracta: mort̄ cui⁹
erāt q̄tuor argumēta. s. magnū spaciū tpis: rigidi-
tas corporis frigiditas: ⁊ nigredo. Delata ē g° a q
b⁹dā ad ecclīā frꝝ q cū eā scō pe. vouissēt ɔtiuo vi

48

te reddita ē ⁊ ſanitati. ¶ Frať ioãnes polonus cū
apud bononiā quartana laboraret: ⁊ ī feſto ſcī pe-
tri martyris ſmonē ad clerū facere deberet acceſ
ſionē eadē nocte iuxta curſū naturalē expectās ti-
mere valde cepit ne iniūcto ſibi ſmone deficeret
Ad ſcī igiť petri cõuerſus ſuffragia ad altare ipiꝰ
cū deuotiōe acceſſit: orās vt eiꝰ meritis iuuaretur
cuiꝰ debebat gloriā ꝑdicare. Sicqꝫ factū eſt ꝙ illa
nocte febris penitꝰ ceſſauit: ⁊ poſtea nūqꝫ cū inua
ſit. ¶ Matrona qdā noīe gilpoda vxor Jacobi d
valle ſaſina cū .14. ānos ab imūdis ſpiritibꝰ fuiſſꝫ
obſeſſa: venit ad quēdā ſacerdotē dicēs. Ego ſum
demoniaca ⁊ ſpūs malignꝰ me vexat. mox autem
ſacerdos territꝰ fugiēs ſacriſtiā ītrauit ⁊ librū quē-
dā ī quo erāt cõiurationes demonū ⁊ ſtollā latēter
ſub capa deferēs cū bona ſocietate ad mulierē re-
dijt: quem mox vt demō vidit ait. Latro peſſime
quo iuiſti? Quid eſt qđ ſub capa occulte portaſti?
cū autē ſacerdos adiurationes ſuas faceret: ⁊ nihil
curatiōis afferret: venit illa ad btūꝫ petrū dū ad
huc viueret ab eo poſtulās adiuuari. Cui ille pro
phetica voce reſpōdit. Cõfide filia nec deſperes:
qꝛ ⁊ ſi qđ poſtulas ꝑficere ad pn̄s nō valeo: tn̄ ve
niet tps ꝙ id qđ a me petis plenarie obtinebis.
qđ ⁊ factū ē. nā poſt paſſionē eiꝰ cū ad eiꝰ ſepulchrū
ꝑdicta mulier acceſſiſſet: ab illa īfeſtatiōe demonū
fuit penitꝰ liberata. ¶ Mulier qdā Eufemia de
loco corciago mediolanenſis dioceſis ſeptē annis a
demonibꝰ ē vexata: ſꝫ cū ad ſepulchrū ſcī petri du
cta fuiſſet ceperūt demones eā āpliꝰ agitare: ⁊ ꝑ
os eiꝰ cūctis audiētibꝰ clamare. Mariola: mario
la. Petrine: petrine. Tūc demones exeūtes eam
qſi mortuā dimiſerūt. Sꝫ modicū poſt plene ſana
ta ſurrexit. Aſſerebat aūt ꝙ diebꝰ dn̄icis ⁊ feſtiuis
⁊ maxie qn̄ miſſa celebrabať eā demōes āplius mo
leſtabāt. ¶ Quedā mulier noīe vbona de berēgo
ꝑ ſeptē ānos a demonibꝰ agitata: cū ad ſepulchꝝ
ſancti petri fuiſſꝫ adducta: vix a multis viris deti
neri poterat. Inť quos erat qdā credēs hereticoꝝ
noīe Conradus de ladriano q illuc aduenerat vt
ſcī petri miracula derideret: q cū ꝑdictā mulierē
cū ceteris detineret: demones eidē ꝑ mulierē di-
xerūt. Cur tenes nos? nōne nr̄ es? nōne te ad talē
locū portauimꝰ: ⁊ ibi tale homicidiū ꝑpetraſti? nō
ne te ad talē ⁊ talē locū duximꝰ: ⁊ ibi tale ⁊ tale fla
gitiū cõmiſiſti? Cūqꝫ multa peccata ſibi dicerēt: q
nullus aliꝰ: niſi ipſe ſolus ſciebat: vehemēter expa
uit. Mox autē demones collū ⁊ pectꝰ mulieris ex
coriātes ⁊ īde exeūtes ſemiuiuā ipſā dimiſerunt.
que etiā poſt modicū penitꝰ ſanata ſurrexit. Pre
dictꝰ autē conradus hereticꝰ hoc vidēs ⁊ ſtupens
ad fidē catholicā ē cõuerſus. ¶ Sanctimonialis
qdā erat ī alemania ī clauſtro oetembach ordinis
ſancti Sixti cõſtātienſis dioceſis: que ꝑ annū ⁊ am
pliꝰ grauē guttā ī genu ꝑpeſſa ē: ita ꝙ nullo reme-
dio poterat liberari. Hec qꝛ ſepulchrū ſcī petri cor
poraliter viſitare nō poterat vtpote que erat ſub
obediētia cõſtituta: ⁊ qꝛ īfirmitate grauiſſima vr-
gebať: cogitauit ſaltē ꝑdictū ſepulchrū mētali greſ
ſu adire: ac deuotiōe ſedula viſitare. Diſcēs vō ꝙ
ī .14. dietis de loco illo mediolanū poſſꝫ adiri quo
tidie ꝓ qlibet dieta centū pať noſter ad honorē ſcī
petri dicere cepit. Mox in modū cū iſtas mētales
dietas taliter cepit facere ſucceſſiue ſēꝑ ⁊ paulatī
cepit ſe meliꝰ hr̄e. At vbi vltimā dietā ꝑfecit: ⁊ ad
tūbā mētali greſſu ꝑuenit flexis genibꝰ ac ſi pn̄tia-
liter corā tūba aſtaret: pſalteriū cū deuotiōe maxi
ma totū legit: quo expleto ab illa īfirmitate adeo
liberatā ſe ſenſit: vt iā īde modicū qđ ſentiret. Re
diens vō eo mō quo iuerat ante qꝫ oēs dietas ex-
pleuiſſꝫ penitꝰ ē ſanata. Uir qdā de cõapitio de vi
la mazati noīe Rufinꝰ grauē valde īfirmitatē in-
currit. Nā vena ī īferioribꝰ partibꝰ āteriꝰ ſine ceſ
ſatiōe ſanguinē emittebat: ita ꝙ a nullo medicoꝝ
aliqđ ſibi remediū adhiberi poterat. Cū ergo ſan
guis ꝑ ſex dies ⁊ noctes cõtinue effluxiſſꝫ: ille bea
tū petrū dūote ī ſui auxiliū īuocauit: q taꝫ ſubito
ſanatꝰ ē: vt īter effuſā orõnē ⁊ receptā liberatiōeꝫ
nullū pene fuerit īteruallū. Cū aūt ſopori ſe dediſ
ſet: vidit quēdā frēꝫ ī habitu ordīs ꝑdicatoꝝ groſ-
ſuꝫ facie atqꝫ brunū: quē ſociū beati petri marty-
ris exiſtimat: ſicut vere ⁊ talis forme extiterat: q
cū expāſione palmas plenas ſanguine cū quodaꝫ
ſuaui vnguēto eidē offerebat dicēs. Sanguis ad
huc recēs ē. Ueni igiť ad recētē ſanguinē ſancti pe
tri: q euigilās ſepulchrū ſcī petri ſtatuit viſitare.
¶ Cū ī ramis palmaꝝ cū adhuc viuerēt mediolāī
ꝑdicaret: ⁊ ibi vtriuſqꝫ ſexꝰ eēt maxīa multitudo
dixit publice alta voce. Scio ꝓ certo ꝙ heretici
tractāt mortē meā: ita ꝙ ꝓ morte mea iaꝫ pecunia
depoſita ē: ſed faciāt qcqđ poſſunt: qꝛ magis perſe
quar eos mortuꝰ qꝫ nūc viuus qđ veꝝ fuiſſe mani
feſtū ē. ¶ Apđ Florētiā ī mõaſterio de ripulis: ſā
ctimonialis qdā ī orõe poſita ea die q beatꝰ petrꝰ
mortē ſuſtinuit: vidit beatā virginē ī excelſo thro
no ī gloria reſidere: ⁊ duos frēs de ordīe ꝑdicato-
rū ī celū aſcēdere: ⁊ hincīde iuxta eā collocatos eē
Et cū īqreret q nā eēnt: audiuit vocē dicēteꝫ ſibi:
Hic ē frater petrꝰ q ī cõſpectu dn̄i tanqꝫ fumꝰ aro
matū glorioſus aſcēdit. Reꝑtūqꝫ ꝓ certo ē ꝙ ea-
dē die mortē ſubijt: q dicta ſāctimonialis viſioneꝫ
vidit. vn̄ cū graui ⁊ lõga īfirmitate laboraret: ad
rogandū beatū petrū tota deuotiōe ſe cõtulit: ⁊ ſa
nitatē itegrā mox recepit. ¶ Quedā comitiſſe de
caſtro maxio hiporigiēſis dioceſis: cū in beatū pe-
trū ſpecialē deuotionē haberēt: ⁊ eiꝰ vigiliā ieiu-
narēt: cū ad ſuā eccleſiā vt audirēt veſperas acceſ
ſiſſent: vna eaꝝ quādā cādelā ī honorē beati petri
martyris: āte quoddā altare beati petri apoſtoli
poſuit cõburendā. Que cū demū rediſſent ſacer-
dos auaritia ductꝰ ī ipſā cādelā ſufflans eā extin-
xit: ſꝫ mox lumē redijt: ⁊ denuo ipſā accēdit. Secū
do ⁊ tertio eā extinguere voluit: ſꝫ lumē vt prius
rediuit. Un̄ tedio affectꝰ choꝝ ītrauit: ⁊ āte maius
altare aliā cādelā īuenit: quā clericꝰ ī honorē bea-
ti petri poſuerat: q eius vigiliā ieiunabat: quā ſa
cerdos bis extiguere voluit: ſꝫ nequit. Quod vi-
dens clericus iratus dixit. Diabole aptū miracu
lū non videtis: ꝙ ſanctus petrus nō vult vt ſuaꝫ
extiguatꝰ cādelā? Territi igiť ⁊ ſtupētes ſacerdos

⁊ cleric⁹ ad castrũ ascẽderũt: ⁊ ꝑdictũ miraculũ oĩ-
bus narrauerũt. ¶ Uir qdã noĩe Roba de meda
cũ vsq; ad vestes oĩa ĩ ludo ꝑdidisset: domũ ĩ sero
rediẽs cũ lucerna accẽsa lectũ suũ adijt: ⁊ vidẽs se
tã viles pãnos hr̃e: ⁊ se tot amisisse ꝯsiderãs p̄re ni-
mia desꝑatiõe cepit demones ĩuocare: ac se eisdẽ
ore nefario ꝯmẽdare. Statiq; tres demões affue-
rũt: q lucernã accẽsã ĩ solario ꝓijciẽtes eũ ꝑ collũ
arripuerũt: tã fortit̃ ipsũ strigẽtes: vt nullaten⁹ loq
posset. Quẽ cũ plurimũ agitarẽt: q erãt ĩ domo ĩfe-
riori ad eũ ascẽdẽtes dixerũt. Quid ẽ qd̃ agis o ra-
ba: qb⁹ demones rñderũt: Ite ĩ pace vr̃a: ⁊ lectos
vr̃os ĩtrate. Illi ãt ꝑdci viri vocẽ eẽ credẽtes: ꝓti-
nus redierũt. Ill' vͦ recedẽtib⁹ cepit multo forti⁹ a
demõib⁹ agitari. Qd̃ illi cognoscẽtes: sacerdotẽ ꝓ-
tin⁹ aduocarũt. Qui cũ ꝑ btm̃ petrũ demões adiu-
rasset: duo ꝓtin⁹ exierũt. Seq̃nti ãt die ad sepl'chrũ
sc̃i petri adduct⁹ ẽ. Ad quẽ frat̃ guilielm⁹ vercellẽ-
sis accedẽs: cepit demonẽ ĩcrepare. Qui eũ quem
nunq̃ viderat ex noĩe vocãs ait. Frat̃ guilielme:
ꝑꝑ te nũq̃ exibo: q̃ hic nr̃ ẽ: ⁊ oꝑa nr̃a fecit: quẽ cũ
ĩterrogasset quo noĩe vocaretur. Uocor ait balce-
phas. Cũ ãt ꝑ btm̃ petrũ adiurat⁹ fuisset: ip̄z ĩ t̃raz
ꝓijciẽs mox exiuit. ip̄e ãt ꝑfcẽ san⁹ remãsit: ⁊ peni-
tẽtiã salutarẽ accepit. ¶ Cũ qdã hẽtic⁹ acerrimus
disputator et eloq̃ntie singl'ar̃ cũ btõ petro cũ ad-
huc viuẽt disputaret: ⁊ errores suos subtilit̃ ⁊ acu-
te ꝓposuisset ĩ mediũ: ac btm̃ petrũ vt rñdẽt ad ꝓ-
posita ĩportun⁹ purgẽt: ille dilationẽ petẽs oratori-
ũ quoddã qd̃ ꝓpe erat ĩtrauit cũ lachrymis orãs
deũ: vt cãz fidei sue d̃fẽdẽt: ⁊ loq̃cẽ tumidũ aut ad
fidei ṽitatẽ reducẽt: aut ligue ꝑuatiõe puniret: ne
ꝑ eã decepto ꝯ fidei ṽitatẽ tumẽt. Rediẽsq; ad hẽ-
ticũ corã oĩb⁹ palã dixit: vt suas iteꝝ ꝓpõeret rati-
ones: q ita penit⁹ fact⁹ ẽ mut⁹: vt nec vnũ solũ ṽbũ
aliq̃ten⁹ ꝓferre valẽt. Un̄ hẽtici ꝯfusi recesserũt: ⁊
catholici deo gr̃as rettulerũt. ¶ Uir qdã nomine
Opipho credẽs hẽticoꝝ cũ occasione cuiusdã hẽti-
ce ꝯsãguinee sue ad ecclesiã fratrũ vẽisset: ⁊ ad tũ-
bã sc̃i petri ꝑgẽs ibi duos denarios ꝯspexisset: ip-
sos denarios accipiẽs dixit. Bonũ ẽ vt bibamus
istos: statiq; tot⁹ cepit tremẽ: nec d̃ loco eodẽ aliq̃-
ten⁹ potuit se mouẽ. Qui t̃rit⁹ ꝑdcõs denarios ĩ lo-
co suo mox restituit. ⁊ sic ĩde abscessit. Uidẽs ãt be-
ati petri ṽtutẽ hẽsiz deseruit: ⁊ ad fidẽ catholicã se
ꝯuertit. ¶ Scholar̃ qdã cũ de magalona ad mõ-
tẽ pessulanũ rediret: ex quodã saltu adeo ẽ rupt⁹ ĩ
inguine: vt dolore nimio vexaret̃: ⁊ ĩcedẽ ñ valẽt.
Hic aliqñ audiẽs ꝑdicare q̄ q̃dã mulier t̃rã sãgui-
ne bt̃i petri respꝑsã suꝑ cãcri corrosionẽ ponẽs fue-
rat libata: dixit. Dñe de⁹ de t̃ra illa nõ hẽo: sz q illi
t̃re merit̃ bt̃i petri tãtã dedisti ṽtutẽ potes ⁊ isti da-
re. Accipiẽs igr̃ de t̃ra cũ signo cruc̃ ⁊ ĩuocatione
martyr̃: loco suꝑposuit: ⁊ stati curat⁹ fuit. ¶ An-
no dñi. 1259 ĩ ciuitate ꝯpostellana fuit qdã vir no-
mĩe Bñdict⁹: q tibias ĩflatas hẽbat ĩ modũ vtriũ:
vẽtrẽ tumẽtẽ ĩstar ꝑgnãtis: faciẽ p̄re nimio tumore
horribilẽ: totũq; corp⁹ ĩflatũ ita vt mõstrũ aliqd̃ vi-
dẽt̃. Hic cũ a q̃dã mr̃ona vir suꝑ bacel'z se sustẽtãs
el'ymã petẽt: illa rñdit: mag̃ fossa q̃z aliquo cibo ĩ-
diges. Sz meo ꝯsilio acq̃esce: ⁊ ad domũ frm̃ ꝑdi-
catoꝝ ꝑgẽs ⁊ pctã tua ꝯfitẽs bt̃i petri ꝓ̄ocinia ĩuo-
cato. Ille ãt cũ mane ad domũ fratrũ vẽisset ⁊ osti-
um ecclesie clausũ eẽt: sec⁹ portã se posuit: ⁊ dormi-
uit. Et ecce qdã reuerẽdus ĩ hitu ꝑdicatoꝝ eidem
appuit: ⁊ cappa ip̄z coopiẽs eũ ĩ ecclesiã ĩtroduxit.
Ille ãt euigilãs ⁊ ĩtus ĩ ecclesia se eẽ reppit: ⁊ ꝑfcẽ
sanatũ ĩuẽit. Qd̃ ml't̃ admirãtib⁹ ĩtulit stuporẽ: cũ
viderẽt hoĩez pene mortuũ tã subito a graui infir-
mitate fuisse liberatũ.

¶ Hoc de sc̃o Fabiano pleriq; ñ hñt.

s Anctus Fabian⁹ rexit romanam
ecclesiã ãnis mult̃: ⁊ tã-
dẽ ẽ tp̄ib⁹ decij passus. Iste dũ eligeretur
ad põtificiũ vrb rome: sp̄ũs sc̃ũs ĩ specie colũbe ml'-
tis visus ẽ appuisse. Iste passiões sc̃õꝝ q̃ neglecte
fuerãt a nõrijs fecit excipi ⁊ scribi. Et multas basi-
licas ꝑ cimiťia sc̃õꝝ fabricari fecit q̃s et dedicauit.
Hic instituit vt chrisma vet⁹ cremaret̃: ⁊ nouũ oĩ
ãno ĩ cena dñi cõsecraret̃. ¶ Alia regre ĩ festo bt̃i
fabiani ⁊ sebastiani martiꝝ. ¶ De nomĩe.

Philipp⁹ dicit̃ os lãpadis: vl' os manuuz.
p vl' dr̃ a philos qd̃ ẽ amor: ⁊ iper qd̃ ẽ suꝑ
q̃si amator suꝑnoꝝ. Dr̃ os lãpadis: ꝑꝑ su-
az luculẽtã ꝑdicationẽ. Os manuũ: ꝑꝑ as-
siduã oꝑationẽ. Amator suꝑnoꝝ: ꝑꝑ celestẽ ꝯtẽpla-
tionẽ. ¶ De sancto Philippo.

p Hilippus apostolus cũ vigiti an-
nis ꝑ scythiã ꝑdicassz:
a pagãis tenet̃ ⁊ ad ĩmolãdũ statue mar-
tis ab eisdẽ cõpellit̃. Tũc subito draco q-
dã igẽs de sub base exiuit: q filiũ põtificis q ignem
mĩstrabat ĩ sacrificio ĩterfeč: duosq; tribunos quo-
rũ mĩstri philippũ ĩ vincul' detiebãt extĩxit: cetosq;
adeo sui flat⁹ fetore ĩfecit: vt oẽs morbidi redderẽ-
tur. Dixitq; philippus. Credite mihi: ⁊ statuã istã
ꝯfrigite: ⁊ ĩ loco ei⁹ crucẽ dñi adorate: vt ĩfirmi vr̃i
sanẽtur ⁊ mortui suscitent̃. At hi q cruciabant̃ cla-
mabãt. Tãtũ fac vt sanemur: ⁊ hũc martẽ ꝓtinus
cõfrigem⁹. Tũc philipp⁹ draconi ꝑcepit: vt ĩ locuz
desertũ descẽdẽt: ita vt nulli oĩno nocẽt. Qui stat ĩ
recessit: ⁊ vlteri⁹ nõ ꝯparuit. Tũc philipp⁹ oẽs sa-
nauit: ⁊ ill' trib⁹ mortuis vite bñficiũ ĩpetuit. Sicq;
vniuersis credẽtib⁹ ꝑ ãnũ vnũ eis adhuc ꝑdicauit:
⁊ ĩ eis ꝑ̄sbyteros ⁊ diacones ordinãs ĩ asiã ciuitatẽ
hieropoli vẽit: ibiq; hẽsiz hebionitaꝝ q xp̄z carnez
fãtasticã assũpsisse dogmatizabãt: extĩxit. Erãt aũt
illi due sacratissime ṽgĩes ꝑ q̃s dñs ml'tos ad fidez
ꝯuertit. ¶ Philipp⁹ ãt ãte septẽ dies sui obit⁹ epi-
scopos ⁊ ꝑ̄sbyteros cõuocauit: eisq; dixit. Hos. 7.
dies ꝑꝑ admõitionẽ vr̃az dñs mihi ꝯcessit. erat ãt
ãnoꝝ octuagitaseptẽ. Post hoc ĩfideles ip̄z tenue-
rũt: ⁊ cruci ad instar magr̃i sui quẽ ꝑdicabat affixe-
rũt: ⁊ sic ad dñz migrauit: ⁊ felicit̃ vitã compleuit.
Iuxta aũt eũ due filie ei⁹: vna a dextr̃: ⁊ alťa a si-
nistris sũt sepulte. De isto ãt Philippo sic dič Isi-
dor⁹ ĩ libro de vita ⁊ ortu ⁊ obitu sc̃õꝝ. Philippus
gallis ꝑdicat xp̄z: barbaras gentes vicinasq; tene-
bras ⁊ tumẽti oceano ꝯiũctas ad sciẽ lumẽ fideiq;
portũ deducit. Demũ ĩ hieropoli phrigie ꝓuincie

vrbe crucifixꝰ: lapidatusq; obijt: simulq; cū filiabꝰ
suis ibi regescit. Hec Isidorꝰ. De philippo āt qui
fuit vnꝰ de septē diaconibꝰ dicit Hieroꝰ ī martyro
logio: ꝙ octauo idus iulij signis ⁊ ꝓdigijs īclitus:
apud cesareā requieuit: iuxta quē tres filie eiꝰ tumu
late sūt. Nā q̄rta apud ephesū regescit. Primꝰ er-
go philippꝰ ab isto differt: q: ille fuit apostolus: iste
